



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:


- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

ERENCE

BS  
2910  
.A66  
1866A











12.4

54.82

32.4681

6.6. 266.

## APOCALYPSES APOCRYPHAE.

---



# **APOCALYPSSES APOCRYPHAE**

---

**MOSIS, ESDRAE, PAULI, IOHANNIS,**

ITEM

**MARIAE DORMITIO,**

**ADDITIONIS EVANGELIORUM ET ACTUUM APOCRYPHORUM  
SUPPLEMENTIS.**

MAXIMAM PARTEM NUNC PRIMUM EDIDIT

*Erstgegott ist d. Bat. Aenotheraus Friedrich*  
**CONSTANTINUS <sup>von</sup> TISCHENDORF,**

PHIL. ET THEOL. D. LEGG. D. HONOR. CANTABR. IUR. CIV. D. HONOR. OXON. THEOL. ET  
PALAEOGR. BIBL. PROF. P. O. LIPS.



**LIPSIAE**

HERM. MENDELSSOHN.

MDCCLXVI.

Ref.

BS

2910

, A66

1866a

VIRO EXCELLENTISSIMO AC PERILLUSTRI

**AUGUSTO DE GRIMM,**

DE EDUCANDIS DOMUS CAESAREAE RUSSICAE PRINCIPIBUS  
MERITISSIMO,

ITINERIS ORIENTALIS CUI CODEX SINAITICUS DEBETUR  
ADIUTÓRI ACERRIMO,

FAUTORI SUO ET AMICO

ANIMI DEDITISSIMI TESTANDI CAUSSA

D. D. D.

**CONSTANTINUS TISCHENDORF.**



## PROLEGOMENA.

---

In itineribus nostris ab anno 1840 per Europam et orientales terras factis etiam illud propositum nobis erat, ut codices indagaremus unde libri Novi Testamenti qui dicuntur apocryphi vel primum in lucem protrahi vel rectius edi possent. Nec deerat studiis eventus. Centum enim ac plus codices Graecos et Latinos invenimus quibus excutiendis exsequeremur propositum. Quorum subsidiorum ope non modo libros iam aliorum curam in primis Fabricii et Thilonis nactos emendatius ac plenius edere contigit, sed etiam haud paucos ab oblivione vindicare. Quindecim autem anni sunt cum ad fructus itinerum et studiorum nostrorum in hoc litterarum genere publici iuris faciendos accessimus. Initium fecimus anno 1851 ab actis apostolorum apocryphis, quorum septem primi dedimus, septem alia vel primum integra vel plurimis locis emendata. Horum quae ultimo loco diximus numero nec acta Thomae eximenda sunt, quamvis maiorem reliquias diligentiam ab ipso primo editore nacta sint. Actis duobus annis post evangelia apocrypha addidimus. Cuius generis libellos rursus septem edidimus primi; reliquorum nihil non emendatum dedimus; ipsi vero gravissimi, evangelium Iacobi dicimus, evangelium Thomae, acta Pilati, multum laboris poscebant.

---

Absolutis actis atque evangeliis reliquum erat ut apocalypses tractaremus. Quod brevi factum iri postquam anno 1851 in Studiis Theologicis et Criticis Heidelbergensibus significavimus, prolato ex collectionibus nostris argumento apocalypsis Pauli, quam deperditam paullo ante Fridericus Lücke dixerat, aliorumque librorum similium incognitorum, tot alii labores<sup>1</sup> et itinera tantam ei rei moram intulerunt ut nunc demum fidem solveremus.

Edidimus igitur, ut ipso libri nostri titulo significatum est, quattuor scripta quae auctores apocalypses dixerunt: quorum tria, Mosis Esdrae Pauli insignita nominibus, lucem nondum viderant, quartum, cui nomen Iohannis praefixum est, semel sed parum recte editum erat. Addidimus librum huc usque ineditum de dormitione Mariae, plerumque Iohanni adscriptum, opus in primis memorabile et in originibus cultus Mariani indagandis gravissimum. Cui libro Graece scripto tractatus duo Latinos subiunximus, liberreme inde derivatos, quorum priorem et ipsum primi edidimus, alteri dudum vulgato antiquorem formam ex libro scripto reddidimus.

Harum litterarum quum ea sit ratio ut vix duo codices scriptura consentientes inveniantur, difficile est recte edere quae ex pluribus fontibus haurienda sunt; si quid

---

<sup>1</sup> Ex eo quem diximus anno Novum Testamentum Graece undecies edendum vel repetendum erat, additis etiam Latino textu ad codicem Amiatinum recentissimo et Germanico ad ipsius Lutheri normam recognito, item bis Vetus Testamentum Graece renovatis prolegomenis repetivimus; codicem Claromontanum anno 1852 edidimus, item Anecdota sacra et profana anno 1855 rursusque additis supplementis 1860; Synopsin evangelicam secundum edidimus 1864, item ab anno 1855 Monumentorum sacrorum ineditorum novae collectionis volumina quattuor (I. II. III. V.); anno 1860 Notitiam editionis codicis Sinaitici cum catalogo codicium a nobis ex oriente Petropolitana perlatorum et anecdotis aliquot; anno 1862 Bibliorum codicem Sinaiticum voluminibus quattuor, anno in sequenti Novum Testamentum Sinaiticum, anno 1864 Nov. Test. Graece ex Sinaitico codice Vaticana itemque Elzeviriana lectione notata. Praeterea anno 1862 descriptionem itineris in terram sanctam facti vulgavimus. Exeunte autem anno 1864 etiam suscipienda erat nova Novi Testamenti editio critica maior (editio octava sive repetitionibus omnibus numeratis decima octava).

vero uno tantum ex codice petere licet, a vitiositate scripturae, qua libri eiusmodi praeter cetera conspicui sunt, vix minor edendi difficultas oritur. Quos hoc volumine libros comprehendimus, ii utraque illa nos difficultate premebant: alteri enim subsidii critici penuria, alteri codicum varietate atque discrepantia edendi laborem auxerunt. Quae ab inconstantia codicum difficultas est, ea quidem ita, si non vinci, certe praeteriri potest ut unius codicis scriptura exprimatur adnotatis reliquis. Quod ut rectissime sit ubi unus praet ceteris sive antiquitatis laude sive scripturae bonitate eminet, ita vix commendari potest ubi simil modo omnes ad recuperandum textum in antiquitate vulgatum faciunt. Hoc vel maxime in eos huius voluminis libellos quadrat, qui Mosis et Iohannis apocalypses dicti sunt; quorum textum ex iis quos invenimus codicibus non sine arbitrio concinnasse videbimus. Ex promta vero larga manu singulorum varietate providimus ne aliis obtrudere videremur quae ipsi probabilia duximus.

Quae de singulis libris praefati sumus, satis pauca sunt. Tamen ab huius editionis consilio alienum erat plura dare; nec ut praeter consilium daremus per otium nunc licuit. Quem vero olim librum de evangeliorum apocryphorum origine et usu scripsimus<sup>2</sup> ubi nova editione repelemus, tantopere ab amicis flagitata, omnibus exemplis anni 1851 dudum divenditis, ea potissimum quae de dormitione Mariae hoc volumine edidimus simul tractare consentaneum erit. Quae enim de origine et usu horum scriptorum proferri possunt, ea ipsa sunt quae uberior nunc perscribere noluimus.

Praeterea nonnulla litterarum apocalypticarum supplementa Prolegomenis inserenda curavimus. Supersunt autem alia haud pauca quae ad litteras Novi Testamenti apocryphas locupletandas atque emendandas praeparavi-

<sup>2</sup> Prodiit ex auctoritate Societatis Haganae pro defendenda Religione Christiana Hagae Comitum 1851.

mus, ut epistulas varias partim iam notas partim certe nondum editas, ut Iohannis acta illa uberrima quae Prochori nomen prae se ferunt<sup>3</sup>. Quibus ad edendum corpus Novi Testamenti apocryphum reservatis, nunc satis habuimus nonnihil quod ad supplendam nostram actorum apocryphorum editionem facit ad calcem libri addere, atque alia quibus evangelia supplentur adnectere Prolegomenis.

Sed iam breviter de singulis explicandum est.

---

## I.

### APOCALYPSIS MOSIS.

Plures hoc nomine libri ex antiquitate innotuerunt, ita tamen ut non eodem semper eoque solo dicti esse videantur. Qua de re quum ipsi breviter diximus in Studiis Theologicis et Criticis Heidelbergensibus a. 1851. fascic. 2. tum paulo fusius explicuerunt Lückius in libro quem inscripsit: *Versuch einer vollständigen Einleitung in die Offenbarung des Johannes etc.* 1848. fascic. 1. pag. 232 sqq. et Dillmannus in *Encyclopaedia Theologica Herzogiana* vol. 12. pag. 317 sqq. (1860.) Cohaerent autem cum apocalypsiibus Mosis quae antiquis dicebantur libri qui circa Adamum eiusque vitam et mortem versabantur<sup>1</sup>; ab Adamo enim etiam illas fabularum initium fecisse, libro Iubilacorum probatur, quem et ipsum inter apocalypses Mosis Syncellus et Cedrenus retulerunt.

Is liber quem nunc edidimus quorsum referendus sit dubium est. Videtur autem non tam per se inventus esse sed partem alicuius maioris libri effecisse: quem quidem non mediae aetati

---

<sup>3</sup> Plura alla ad Veteris Testamenti pseudepigrapha pertinent. In his omnibus testamento duodecim patriarcharum, quae ad tollendam imperfectissimum Graecii editionem ex quatuor codicibus Graecis hausimus. Quae praeterea testamento passim in codicibus inveniuntur, Abrahami, Melchisodoci, Iobi, porexiguus pretii sunt; sed et haec transcripsimus. *Salomonis* vero testamentum habemus, a quo certe illud quod Fleckius edidit demum derivatum est. Ceterum ipsam quam edidimus Mosis apocalypsin inter Veteris Testamenti pseudepigrapha referendam esse appareat. Non idem in Esdrae librum quadrat, totum Christianum illum quidem.

<sup>1</sup> Cf. Dillmann. I. 1. pag. 319.

sed potius saeculis circa Christum natum tribuendum esse, quum universa libri ratione tum singulis quibusdam probabile fit, a quibus alii scriptores antiqui pependisse videntur. Huc in primis pertinet narratio de Setho ad portas paradisi delegato olei misericordiae petendi caussa, ad quam auctor *Descensus Christi ad inferos* respicit capite tertio (*Evangg. apocryph.* pag. 303. Cf. etiam textum *Latinum A* cap. XII. pag. 390.) Ista fabula post vario modo exculta atque etiam medii aevi poetis celebrata<sup>2</sup> nescio an potissimum e libro nostro fluxerit, cuius principale quoddam argumentum efficit. Accedit illud quod sectionibus 7 et 17 traditur de hora qua *Evan* diabolus ad peccandum pellxit. Quam ad traditionem quum auctor *protevangelii* quod vocant capite XIII. pag. 25. allusit, Thilo rectam eius loci scripturam non assequutus practer morem prorsus a vero aberravit, pagina *Codicis* sui *apocryphi* 223. haec adnotans: „In his ὥρα δοξολογίας est tempus status felicis, quo primus homo fruebatur ante peccati origines, quo secundum textum cod. Vat. A cum angelis consuetudinem habuisse traditur.“ Praeterea alia. Spero autem non defuturos esse qui hanc in rem totumque librum accuratius inquirant.

Ad edendum adhibuimus codices quattuor, duo Italicos, duo Vindobonenses. Is cui siglum A dedimus codex est *Venetus Nanianus* LXIII. chartaceus saeculi fere decimi tertii<sup>3</sup>. Hunc totum transcripsimus anno 1843. Alter *Italicorum* D nobis dictus *Mediolanensis* est *Ambros.* C 237 Inf. membranaceus saeculi fere undecimi. Hunc ab initio tantum et ad finem eodem anno exscripsimus. Duo *Vindobonenses* apud nos B et C dicuntur. B chartaceus saeculi XIII. vel XIV. a *Lambecio Catalogi* libro V. numero CCX notatus est; cf. l. l. pag. 63. ad *codicis* fol. 310 sqq. Alter membranaceus XII. fere saeculi *Lambecio* est libri VIII.

<sup>2</sup> Placuisse auctori carminis satyrici saec. XV. *Rynke de Vos* ex *Goethio* renovatore eius carminis (cf. apud eum *Reineke Fuchs* cantum 10, 21 sqq.) notissimum est. Nuperrime Alfred Maury in libro: *Croyances et Légendes de l'antiquité* (Paris, 1863), pag. 294 adnotavit eandem fabulam inveniri in „*historia poenitentiae Adami*“ Gallice versa a Colardo Mansion. „*Cette légende se rencontre dans l'*Histoire de la pénitence d'Adam*, qui a été traduite du latin en françois par Colard Mansion. Voy. Van Praet, *Recherches sur Louis de Bruges seigneur de la Gruthuyse* p. 96 et suiv.“ Dudum *Lambecius* (cf. *Catalogi* lib. V. pag. 63 et lib. II. pag. 778.) indicavit *Lutwini* poema de vita *Adami* et *Evae*, quod in libris scriptis bibl. *Caesareae* exstat, ad nostram fabulam conferendum esse.*

<sup>3</sup> Auctori *Catalogi* p. 101. saeculi 12. vel 13. dicitur. Præterea mendosissimum dicit et scriptum a librario qui non intelligebat quod exarabat.

codex XXXIII. Utrumque quindecim abhinc annis meo rogatu partim contulit partim descriptis vir doctissimus Schenkl Phil. D.

## II.

## APOCALYPSIS ESDRAE.

Haec Esdrae apocalypsis codicis Parisiensis Graeci 929. dum animadversa est. Thilo in Prolegomenis Actorum Thomae pag. LXXXII sq. mentionem eius fecit, nescire se professus essetne illa eadem cum Esdrae libro iuxta Vulgati Latini ordinem quarto etc. Postea Chr. Iac. van der Vlis in Disputatione critica, quam de Ezrae libro apocrypho scripsit (Amstelodami 1839), pag. 5 sqq. protulit quae a Carolo Benedicto Hase bibliothecae Parisinae praefecto ex codice descripta acceperat<sup>1</sup>. Ex his iam intellectum est, Parisiensem textum illum satis diversum esse a libro Esdras qui dici solet quarto, quocum nec pro antiquitate nec pro dignitate comparari potest. Nihilominus plura sunt quae Esdras Parisiensem, ut ita brevitatis caussa dicam, cum quadam veteris illius scriptoris nobilioris imitatione scripsisse probant. Ita in utroque propheta identidem ac vehementer creatorem et iudicem interpellat, atque simili ratione coercetur insolentia eius. In utroque iustitia dei ut a propheta in dubium devocatur, ita peccatis hominum ab Adamo inde communissis provocata docetur. In utroque Esdras de eo conqueritur quod Adamus peccato non prae-munitus sit. In utroque homines iudicio obnoxii bestiis ab iudicio liberis miserabiliores dicuntur, non nati feliciores natis. Etiam apud Esdras antiquum iusti dicuntur mercede sua potiri nec indigere misericordia. In utroque prophetae bona promittuntur pro bonis ipsius operibus. In utroque propheta identidem pro peccatoribus deprecatur, commemorata etiam promissione Abrahamo facta. In utroque propheta scire cupit quae signa extremum iudicium praegressura sint. Accedunt alia quae simili ratione utuntur.

Hinc certe operae pretium videbatur etiam Parisiensem textum edere. Nec id vero facili negotio erat. Scriptura enim codicis, quo solo uti poteramus, passim male conservata atque vi-

<sup>1</sup> Sunt quae ab initio libelli et quae ad finem leguntur. Per errorem ibi exscripta sunt χατετάνη pro χατετένην, χερυβίμ pro χερουβίμ, ἐπιτυχοῦσι τὴν μνήμην μου pro ἐπιτελοῦσι τ. μν. μου. Paullo ante hunc locum ibi legitur: ἐπάκουοσθν μου τὸν πολλά σοι δικασάμενον, οψι σα νου habemus.

tiosissima est: id quod ubique adnotare non ex re visum est<sup>2</sup>. Ceterum codex idem est quo iam in edendis evangelii usi sumus: cf. pag. LXXI. sub E, item alibi. Chartaceus est, saeculi fere XV.

Quum post Fabricium Lückius l. l. pag. 150 sq. duo alia scripta commemorasset, quae Esdrac nomine in codicibus Graecis bibliothecae Caesareae Vindobonensis insigniri Lambecius indica- verat, cuiusmodi illa essent docuimus in Studiis Theol. et Criticis Heidelb. a. 1851. fasc. 2. Utrumque enim etiam Parisiis inven- ram, nec alibi opinor deerunt. Sunt autem nullius pretii, nisi quod Esdrac nomen monachis medii aevi tantopere placuisse probant ut eo abuterentur ad commendanda quae ipsi ad sustentan- das hominum superstitiones excogitassent. Ita igitur in cod. Pa- riensi num. 2149. fol. 165 verso leguntur quae de diebus anni bonis et malis docuerunt: *Λεὶ γινόσκειν, ὡριλομαθέστατε, περὶ τῶν ιθύ μηνῶν ταῖς εἰκρίσιας ἡμέρας, ἃς ἐφανέρωσεν ὁ Θεός τῷ προφήτῃ "Εσδρα τῷ ἰερεῖ, ὅστε κατάδηλον ποιῆσαι τοῖς ἰερεῦσιν Ἰσραὴλ τοῦ ποιεῖν ἐπὶ αὐτὰς πάντα ὅσα βούλονται, ἥπον ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀγοράζειν, τιλεῖν, κτίζειν ἐπὶ πᾶσαν, ἐπιχειρίζειν ἀμπελῶνα, ἴσταρθρένειν, ἐπιδίδειν ποιδα ἐπὶ μάση- σιν, τοῦ πορευθῆναι εἰς ὅδὸν πραγματίας ἢ ἐπὶ θαλάσσης, τοῦ ἐπιδίδειν χεῖρα ἐπὶ τοσοῦντα ἀνθρώπον ἢ εἰς κίνησιν πολέμου ἢ εἰς δικαστήριον, ἢ ἐπιλαλεῖσθαι βασιλεῖ ἢ ἐπὶ ἀρχοντα etc.* Bonos dies excipiunt mali, de quibus sic scriptum est: *Λεὶ γινώ- σκειν, ὡρίστα (sic), τιλεῖς τῆς διδασκαλίας τῆσδε τῆς βίβλου περὶ τῶν πονηρῶν καὶ βιαρέων ἡμερῶν, ἃς ἐφανέρωσεν ὁ Θεὸς τῷ προφήτῃ "Εσδρα τῷ ἰερεῖ, ὅστε κατάδηλον ποιῆσαι τοῖς ἰερεῦσιν Ἰσραὴλ, τοῦ φυλάττεσθαι ἐν ταύταις ταῖς ἡμέραις πᾶς ἀνθρώπος (sic) τοῦ μὴ ἀπτεσθαί τι, ἥπον τοῦ μὴ κτίζειν, μὴ ἀγοράζειν -- μὴ λαλῆσαι πρὸς βασιλέαν ἢ πρὸς ἀρχοντας -- δὲ μὴ φυλάτ- των ταύτας, μετὰ αἰσχύνης καὶ ἕβρεως καὶ ζημίας στραφῆσθαι δὲ τοιοῦτος etc.<sup>3</sup>* Ex eadem faece sunt quae codex 2286. fol. 110. de singulis hebdomadis diebus continet hunc in modum: *τοῦ*

<sup>2</sup> Propterea C. B. Illico Christiano Iacobo v. d. Vlis, si is codicem trans- scribi vellet, se ipsum transcripturum promiserat. Mercenariis enim hominibus ad describendum tradi posse pro difficultate rei negavit.

<sup>3</sup> Esdrana illa praecepta excipit simile cui ipsius Aristotelis nomen praesup- sumit est: 'Ερμηνεύει περὶ τῶν δλων ἡμέρων τῆς σ' (i. e. σελήνης) τῶν τε ἀγα- ζῶν καὶ πονηρῶν διδασκαλία Ἀριστοτέλους. Τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ τῆς σ' Ἀδάμ ἐπλάσθη αὐτῇ ἡ ἡμέρα ἐστιν ἀγαθή εἰς πᾶν ἔργον etc. Τῇ δευτέρᾳ ἡμέρᾳ τῆς σ' Εῦα ἐπλάσθη ἐκ τῆς πλευρᾶς τοῦ Ἀδάμ etc. Τῇ τριτακοστῇ ἡμέρᾳ τῆς σ' Σαμουὴλ ἐγενήθη ἡ ἡμέρα αὐτῇ πληροφορούμενη ἐστιν εἰς τὸ σπέιραι καὶ θερποσαι etc.

προφήτου Ἐσδρα διάγνωσις περὶ τῶν ζ' ἱμερῶν. Ἡμέρᾳ πρώτῃ τῆς ἑβδομάδος ἦτοι καριστῇ ἐὰν γένωνται καλάνδαι Ἰαννουαρίων (sic), ἔσται χειμῶν χρήσιμος, ἕαφ ὑγρόν, θέρος ἔηρόν, μετόπιωρον ἀνεμῶδες, καρποὶ χρήσιμοι, προβάτων δαψίλεια, μέλι πολέ, τρυγητὸς καλός, νεωτέρων θάνατος. Exit notis de die sabbati: Ἡμέρᾳ ἑβδομή τοιτέστι σαββάτῳ ἐὰν γένωνται καλάνδαι Ἰαννουαρίων, χειμῶν οὐκ ἐπιαχθήσεται, ἕαφ καὶ θέρος ἀνεμῶδες, μετόπιωρον ἔηρόν, καρπῶν σπάνις -- ἀνδρῶν χρησίμων τῶν ἐπικρατούντων ἀπώλεια, ἐμπιρισμοὶ πολλοὶ ἔσονται καὶ γερόντων θάνατος.

Scripturas huiusmodi Nicephorus Homologeta (sacc. IX.) respicere videtur scribens canone 3 et 4: τὰ λεγόμενα βροντολόγια καὶ σεληνοδρόμια ἡ καλανδολόγια οὐ χρὴ παραδέχεσθαι. (Exscriptis locum Fabricius in Cod. N.T. apocr. pag. 951 sq.)

### III.

#### APOCALYPSIS PAULI.

De duobus libris relatum est qui antiquis apocalypses Pauli dicebantur. Alteram, quam iam Dionysius Alexandrinus verbis ab Eusebio hist. eccl. 7, 25. relatis innuisse videtur, Epiphanius haeresi 18 (38), 2. a Caianis excogitata appellata inquit ἀναβατήριον Παύλου atque etiam a Gnosticis usurpatam dixit. Quod Epiphanius testimonium in animalibus suis Mich. Glycas secutus est. De altera Augustinus et Sozomenus dixerunt. Et Augustinus quidem in Iohannis evang. cap. 16. tractatu 98. haec scripsit: *Quamquam et inter ipsos spiritiles sunt utique aliis alii capaces atque meliores, ita ut quidam illorum ad ea pervenerit (pervenerint?) quae non licet homini loqui. Quia occasione vani quidam apocalypsim Pauli, quam sane (edd. al. sana) non recipit ecclesia, nescio quibus fabulis plenum stultissima præsumptione fixerunt, dicentes hanc esse unde dixerat ruptum se fuisse in tertium caelum et illuc audisse ineffabilia verba, quae non licet homini loqui. Utcumque illorum tolerabilis esset audacia, si se audisse dixisset quae ahdic non licet homini loqui. Cum vero dixerit quae non licet homini loqui, isti qui sunt qui haec audeant impudenter et infeliciter loqui?* Apud Sozomenum vero hist. eccl. 7, 19, postquam revelationem Petri a veteribus quidem repudiataam sed in quibusdam Palæstinae ecclesiis quotannis certa die lectam dixit, haec legimus: τὴν δὲ νῦν ὡς ἀποκάλυψιν Παύλου τοῦ ἀποστόλου φερομένην, ἦν οὐδεὶς ἀρχαῖων εἶδε, πλεῖστοι μοναχῶν ἐπιστοῦσιν· ἐπὶ ταύτης δὲ τῆς βα-

σιλείας<sup>1</sup> ἵσχυρίζονται τινες ταύτην ηδρῆσθαι τὴν βίβλον· λέγονοι γὰρ ἐκ θείας ἐπιφανείας ἐν Ταρσῷ τῆς Κιλικίας κατὰ τὴν οἰκίαν Παύλου μαρμαρίνην λάρνακα ἐπὸ γῆν εἰνρεθῆσαι καὶ ἐν αὐτῇ τὴν βίβλον εἶναι. ἐρομένῳ δέ μοι περὶ τούτου ψεῦδος ἐφῆσεν εἶναι Κίλιξ πρεσβύτερος τῆς ἐν Ταρσῷ ἐκκλησίας· γεγονέναι μὴν γὰρ πολλῶν ἐτῶν καὶ ἡ πολιά τὸν ἄνδρα ἐδείκνυεν· ἐλεγε δὲ μηδὲν τοιοῦτον ἐπίστασθαι παρ' αὐτοῖς σιγμβάν, θαυμάζειν τε εἰ μὴ τάδε πρὸς αἰρετικῶν ἀναπέπλασται.

Quae veterum de duabus Pauli revelationibus testimonia anno 1848 recensens Lückius l. l. pag. 247. addit neutrius libri quicquam ad nos pervenisse, unde quid rei esset accuratius disci possit. Quac quum legissem, statim ad virum egregium prescripsi reperisse me anno 1843 dum Italianam perlustrarem apocalypsin Pauli ab Augustino et Sozomeno commemoratam<sup>2</sup>. Esse vero eandem accurata Sozomeni expositio, cui apprime textus libri respondet, vetat dubitare. Neque magis mihi dubium est quin rursus cadem sit quae passim post Augustinum et Sozomenum apocalypsis Pauli commemorata est, ut in decreto Gelasii de libris recipiendis et non recipiendis, in eo qui ex codice Coislin. 120. innotuit indice apocryphorum<sup>3</sup>, in scholiis ad grammaticam Dionysii Thracis<sup>4</sup>, in commentariis Theophylacti et Oecumenii ad 2 Cor. 12, 4., apud Nicephorum Homologetam<sup>5</sup>, apud Marcum patriarcham Alexandrinum quaestione 2. ad Theodor. Balsamoneum<sup>6</sup>. Quae sententia eo confirmatur quod his locis omnibus liber de quo quaerimus ipso nomine apocalypsis Pauli vocatur (nisi quod Marcus patriarcha τὰς ὥρασεις τοῦ ἀγίου Παύλου dicit), vetustissimum vero illud Caianorum opus ἀναβατικὸν Παύλου et apud Epiphanium et apud Glycam dicitur. Istum

<sup>1</sup> De Theodosio Magno dicit.

<sup>2</sup> Eius rei mentionem fecit Lückius anno 1852 in Addendis et Emendandis, quibus auxit librum suum.

<sup>3</sup> Vide Montfaucon: Biblioth. Coisl. pag. 194. Cf. etiam Aneod. mea sacr. et prof. 1860. pag. 280. Similis index in cod. Reg. nunc Imp. 1789 post quæstiones Anastasii Nicaen. habetur, ut docuit Coteler. PP. AA. 1698. I. p. 197.

<sup>4</sup> Leguntur in Imm. Bekkeri Aneodotis Graecis vol. III. pag. 1165: δεῖ δὲ διαγινώσκειν τὸν γραμματικὸν τὰ δύνατα καὶ τὰς φωνὰς τῶν εὐαγγελιστῶν, ἵνα μὴ ὀλλότριον καὶ ψευδὲς εὐαγγέλιον δέξηται. ὅλλα καὶ ὀμωνύμως ψευδῆ συγγράμματά εἰσιν, οἷον τῇ λεγομένῃ ἀποκάλυψις τοῦ ἀγίου Παύλου· οὐ γάρ ἔστι τοῦ ἀγίου Παύλου, ἀλλ' ἐπέρου, αἱρετικοῦ, τοῦ Σαμωσατέως, ὃντεν οἱ Ιησουλικινοὶ κατάγονται.

<sup>5</sup> Locum exscripsit Fabricius Cod. apocr. N. T. p. 951. τὴν ἀποκάλυψιν τοῦ Παύλου καὶ τὰ λεγόμενα etc. vide supra.

<sup>6</sup> Cf. Fabric. l. l. pag. 949 sqq.

libellum mox perisse probabile est cum tot aliis haereticorum libris, quorum soli fere tituli ad nos pervenerunt: nec enim a monachis probabantur, ad quos iam inde a quinto saeculo describendorum codicum negotium transiit. Quae vero iam Sozomeni aetate monachis in primis placuit, cuius rei caussa ex ipso libro nostro satis cognoscitur, licet minime, ut Fabricio visum erat<sup>1</sup>, vitae monasticae praecincta contineat, ea saepius descrippta et ubique vulgata est. Hoc luculententer probant versiones orientales. Quemadmodum enim iam dudum Elias du Pin apocalypsin Pauli etiamnum apud Coptos haberet affirmavit (Prolegg. Bibl. tom. II. p. 49.), id quod rectissime illum affirmasse puto quum Coptos libros eiusmodi adamasse certum sit, ita Assemanus Catalog. bibl. orient. Clem. Vatic. tom. III. part. 1. pag. 282. (numero 9.) apocalypsin Pauli et Arabice et Syriace in codd. Vaticanis reperi docuit, ac nuperrime pariter in codice Nestorianorum Urumiensium Syriaco inventa ex eoque Anglice versa hoc ipso anno Londini edita est. Vide post<sup>2</sup>.

De aetate libri quae in Stud. Theol. et Critic. Heidelb. 1851. pag. 439. diximus, ea repetimus et confirmamus. Quo enim tempore arcula marmorea continens librum inventa dicitur<sup>3</sup>, eodem fere vel potius paucis annis post, fortasse anno quo Theodosius mortuus est<sup>4</sup>, ipse liber scriptus videtur esse. Inde vero quod Hierosolymam missus asseritur nescio an concludam in Palaeistica auctorem eius vixisse.

Codex Ambrosianus, in quo anno 1843 apocalypsin Pauli deteximus, C 255. Inf. signatur. Chartaceus est nec ante saec. XV.

<sup>1</sup> Cf. 1. 1. pag. 945. not. c.

<sup>2</sup> Revelatio Pauli in codice Collegii Oxon. Merton. (18 N 2) inventa vix aliud est quam opus medii aevi ex libora initiatione vetustioris libri profectum. Hoc iam ex titulo intellegitur: *Revelatio S. Pauli, his tribus diebus quoniam conversus et vocatus a Christo cecidit in terram nihil videns, ostensa sibi per S. Michaelem de peccatis multiplicibus purgatorii et inferni horribilibus, et quis primus impetrans a domino requiem animabus in purgatorio permanentibus, in singulis diebus dominiorum usque finem mundi subsequentibus. Quod opus simile videtur apocalypsi Mariae, de qua infra dicetur.*

<sup>3</sup> Id ipsum dubium sit vitiosa nominum consularium scriptura, quam conjectura sanare conati sumus, unde annus 380 efficitur.

<sup>4</sup> Cf. Theol. Stud. und Kritiken 1. 1. „es scheint im Interesse der Täuschung gelegen zu haben um ein paar Jahre die Auffindung zurückzustellen. Vielleicht darf man sogar erst das Todesjahr des Kaisers Theodosius als das der Publikation annehmen, da derselbe eine wichtige Rolle in der Auffindungsgeschichte hat, sowie die Erwähnung der Sendung des Originals nach Jerusalem auf die Heimath der Schrift selbst schliessen lässt.“

videtur scriptus. Quem ad edendum praeparanti praeter spem in manus meas incidit alter eiusdem libri testis codex Monacensis bombycinus duobus fere saeculis Mediolanensi antiquior. Sed exiguum textus einendandi subsidium inde nacti sumus. Tantopere enim cum Mediolanensi ille consentit, ut non modo plerique scripturae vitia communia habeant, sed etiam pari modo fragmentum operis longe diversi cum apocalypsi in fine mutila in unum conflatum praebant. Nihilominus passim Monacensis scriptura rectior est Mediolanensi; hic enim ex ipso Monacensi descriptus est. Hoc nos docuerunt loci nonnulli, quorum ratio plane singularis est. Ita sect. 50. ἀπώλεσε ita in Monacensi scriptum est ut extremae litterac chartam paullulum laesam occupent, quo fit ut ἀπωλωσ videatur scriptum: hoc ipsum vero Mediolanensis habet. Item sect. 29. *O* in *Ore* (post ἡ ἐπονρ. ἱερουσαλήμ) in Monacensi a rubricatore extra lineam scriptum est valdeque expalluit: hinc factum est ut Mediol. codex *O* incepte omitteret. Item sect. 9. Ἰλαρῆ in Monacensi primum novae paginae locum occupat; propterea Ἰλαρῆ scribendum atque Ἡ rubricatori relinquendum erat: hic quum Ἡ praetermisisset, cuiusmodi negligentia saepe in rubricatores cadit, Mediol. codex medio versu λαρῆ praeberet. Sectione 11. quum Monac. in χαττενόσα α finale ita habeat ut α videatur, quae forma in antiquis libris usu venit, Mediolanensis scriba incepte α exscripsit. Item sect. 21. α finale in αττά (codex αττά) cum ω et ω confundi potest: hinc inemptus scriba Mediol. αντοῦ fecit.

Sub textu Graeco addendam curavimus Syri textus interpretationem Anglicam quemadmodum sine Syriaco edita est in ephemeridibus theologicis Anglicis: *The Journal of Sacred Literature and Biblical Record*, edited by B. H. Cowper, ubi pag. 372. est: *The Revelation of the blessed Apostle Paul. Translated from an ancient Syriac Manuscript, by Rev. Justin Perkins, D. D. Missionary of the A. B. C. F. M. at Urūmiah. (Reprinted from the Journal of the American Oriental Society, vol. VIII. 1864.)* Utrumque textum comparanti non potest dubium esse quin Graeca antiquorem et puriorem Syriacis libri formam conservaverint. Ita enim vero in his maxime libris fieri consuevit ut orientalium ingenia libere excolerent quae accepissent a Graecis: cuius rei luculentissima exempla praebent evangelium infantiae Arabicum et transitus Mariae Arabicus. Tamen passim Syriaca Graecum textum videntur supplere, quemadmodum sola extremam partem praebent integrum. In utroque enim

Graeco codice post verba κάγω ἀποστείλω τὸν ὑετὸν ἐπὶ τὴν γῆν nullo intervallo nec ulla alieni mentione facta sic pergitur: βλέπε παῦλον τὸν ταπεινόφρονα, παῦλον τὸν διδάσκαλον τῆς οἰκουμένης, τὸν δίτοφον τὸν πνευματικόν, τὸ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς, τὸν λιμένα τὸν ἀκύμαντον, τὸν πίνεον τὸν ἀσάλευτον, τὸν ἐν σώμασι τὴν οἰκουμένην κυκλοῦντα καὶ καθάπερ ὑπάκτερον τινα τὴν οἰκουμένην διαδραμιόντα· βλέπε ἐκεῖνον ταπεινόφρονοῦντα, τὸν ἴδιωτην καὶ φιλόσοφον, τὸν πένητα καὶ πλούσιον· ἐκεῖνον ἀληθῶς ταπεινόφρονα λέγω τὸν μυρίους καμάτους ἀντλίσαντα, τὸν μυρία πατὰ τοῦ διαβόλου τρόπαια ἐπιδειξάμενον, τὸν κηρύττοντα καὶ λέγοντα· καὶ χάρις αὐτοῦ ἡ εἰς ἐμὲ οὐ κενὴ ἐγενήθη, ἀλλὰ περισσότερον αὐτῶν πάντων ἐκοπίασσα· διὰ τῶν ἐπιστολῶν τὴν οἰκουμένην σαγηνεύσας - - - ἀλλὰ ταπεινόφροσύνης δικαιοσύνην ἐπιτίσατο. ἡς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ μυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὃς ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τὸν αἰώνας τῶν αἰώνων ἀμήτη. Haec quorsum pertineant dicere non habeo, sed facile dicent qui eloquentiae patristicae monumenta bene cognita habent.

#### IV.

#### APOCALYPSIS IOHANNIS.

Scholia ad grammaticam Dionysii Thracis, eodem loco quem supra attulimus, praeter Pauli apocalypsin etiam apocalypsis Pseudo-Iohannis mentionem faciunt; post verba enim ὅθεν οἱ Παντικανοὶ κατάγονται pergunt: καὶ ἐτέρα ἀποκάλυψις ἡ λεγομένη τοῦ Θεολόγου. οὐ λέγομεν δὲ τὴν ἐν Πάτμῳ τῇ νήσῳ, μὴ γένοιτο· αὐτῇ γὰρ ἀληθεστάτῃ ἐστίν· ἀλλὰ τὴν ψευδώνυμον καὶ ἀλλότριον. Adscribuntur scholia ista nono saeculo<sup>1</sup>. Antiquiorum testem haec Iohannis apocalypsis non habet. In codicibus vero Graecis haud paucis etiamnum invenitur; nec dubium videatur quin idem liber etiam ad orientales transierit, quemadmodum Assemanus in Bibl. orient. Clem. Vat. tom. III. part. I. pag. 282. „apocalypsin Iohannis apostoli aliam ab ea quam ecclesia catholica suscipit“ in tribus codicibus Arabice a se repertam testatur.

Edidit librum primus Andreas Birch in Auctario suo codicis apocryphi Fabriciani 1804, sed parum recte. Codicis enim Palatino-Vaticani num. 346. scripturam, quam redditurum se profes-

<sup>1</sup> Cf. Lücke: Versuch einer vollständigen Einleitung in die Offenbarung des Johannes etc. 1848. p. 246 sq. item pag. 802.

sus est, modo non assequutus est, id quod nullus dubito, modo vitiis typographicis deformavit, etsi vitia sat multa utrum codicis an editoris sint ambigi potest. Nec plus diligentiae in conferendo Vindobonensi codice (Lambecio V. libri octavi, Nesselio 119.) positum videtur; licet enim „selectis locis“ conlatum dicat „quum Vaticanum ab imperito librario admodum negligenter habitum observasset“, tamen locos perquam corruptos edidit, ad quos nihil quod differret adnotavit. Nec recte ipsi fecimus quod ab initio certe libri passim utriusque codicis testimopium, i. e. FG (Vaticanum F, Vindobonensem G diximus) lectioni e Vaticano haustae adscriptissimus. Vindobonensem enim multo magis quam apud Birchium videtur a Vaticano differre certe sectione 1. probare possumus, cuius textum apocalypsi Iohannis iam typis exscripta in schedis nostris invenimus. Legitur enim ibi sic: Ἀποκάλυψις τοῦ ἀγίου Ἰωάννου τοῦ Θεολόγου· καὶ περὶ τοῦ ἀντιχρίστου. Μετὰ τὴν ἀνάληψιν τοῦ κιρίου ἡμῶν ἡσοῦ χριστοῦ παρεγενόμην ἐγὼ Ἰωάννης μόνος ἐπὶ τῷ (cod. τῷ) ὄφος Θαβῶ (sic), ἐνθα καὶ τὴν ἀχραντον αὐτοῦ θεότητα ἔδειξεν ἡμῖν. καὶ μὴ δυνηθέντος μου στῆραι, ἔπειτα ἐπὶ τὴν γῆν καὶ ἡγεμόνην πρὸς κύριον καὶ εἰλιον· κύριε Ἰησοῦν χριστὲ θεὲ οὐρανούσθε, ὁ καταξιώσας με δοῦλόν σου γενέσθαι, ἀκούσον τῆς φωνῆς μου καὶ δίδαξον περὶ τῆς ἐλείσεως σου· ὅταν μέλλῃς ἐρχεοθαι ἐπὶ τῆς γῆς, τί μέλλει (cod. -λη) γενέσθαι· ὁ σύρανδος καὶ ἡ γῆ καὶ ὁ ἥμερος καὶ τὸ σελήνη τί μέλλονται γενέσθαι· ἐν τοῖς καιροῖς ἐκείνοις· ἀποκάλυψόν μοι πάντα.

Praeter Birchii labores ad editionem nostram adhibiti sunt codices quinque, quorum tres Veneti Marciani sunt, duo Parisienses. Veneti sigla apud nos ACE habent; A est Marc. class. XI. codex XX; C Marc. class. II. codex XLII; E Marc. class. II. cod. XC. Est autem A saeculi fere decimi quinti; paulo antiquiores duo reliqui. Parisienses B et D diximus; ille anno 1523 scriptus numero 947 notatur; hic saeculi XV. numero 1034. Nullum igitur codicem antiquitate insignem ad manus habuimus; nec enim Birchii codices nostris antiquiores.

Quantum autem negotii nobis facessiverit recensio textus ad tantas diversas inter se auctoritates instituenda, non est quod dicam; ex ipsa enim editione cuivis facile apparebit.

Quattuor autem apocalypsibus nostris de libris simili arguimento nonnulla addere consentaneum duximus. Ac primum qui-

dem de apocalysi Petri Arabice scripta et de revelationibus Bartholomaei Sahidice repertis. Illa, cui vix quicquam cum apocalysi Petri apud veteres celeberrima communere esse potest, in pluribus codicibus quin Romae (cf. Asseman. Catal. bibl. orient. Clem. Vat. III, 1. pag. 282. numero 7.) tum apud Anglos inventa est, indeque brevi eam proditum esse spes est. Sed iam anno 1821. Alexander Nicoll in Catalogo codd. mss. orientalium bibl. Bodl. plura excerptis quae ad ingenium libri universamque rationem accuratius cognoscendam faciunt<sup>1</sup>. Scripsit enim ille l. l. Partis II. volumine I. pag. 49 sqq. haec: „Complectitur codex apocalypsin S. Petri sive relationem rerum a Iesu Christo illi revelatarum, quae ab initio mundi evenerant, et quae usque ad saeculi finem sive Christi secundum adventum eventuarie sint. Librum conscripsisse dicitur Clemens<sup>2</sup>, ut abunde ex ipso contextu liquet, quocum S. Petrum arcana ipsi manifestata communicasse traditur. Ex capite 24. constat librum esse ab ipso Clemente appellatum *Librum perfectionis* sive *Librum completum*, quasi omnia tam praeterita quam futura comprehendentem. Capita sunt omnino 89, quorum argumenta, quatenus in ipso codice eiusque apographo servantur, ita sese habent: I. --- Adam - ex Golgotha<sup>3</sup> in paradisum cum angelis, qui eum laudabant deumque benedicebant eumque adorabant, et quomodo ex costa eius (Evam) formarit illique eam coniugem dederit. II. Quomodo praeceptum divinum neglexerit Adamus; de remotione eius a gratia et gloria, exitu ex paradyso et lapsu in montem sanctum<sup>4</sup>. III. Quomodo incarnationem gloriosam Adamo notam fecerit deus; de thure, auro et myrrha, quae magi obtulerunt (oblaturi essent), cum dominus in corpore natus esset (fuisset). IV. De ortu Habelis eiusque a Caino caede huiusque e

<sup>1</sup> Repetit etiam ex Grabio (Spicileg. pag. 76 sq.) et Dacherio (Spicileg. tom. VIII. p. 882) litteras Iacobi de Vitriaco episcopi Acconensis ad Honorium III. papam circa annum 1219 datas, in quibus ille narrat ostensum sibi esse a Surianis librum antiquissimum lingua Saracenica scriptum et inscriptum: *Revelationes b. Petri apostoli, a discipulo eius Clemente in uno volumine redactae*, ac fuisse ibi praeunitatum de statu ecclesiae dei a principio usque ad tempora Antichristi et finem mundi etc. Singula quae ex illis revelationibus excerptis haud dubium relinquent, idem opus quod Bodleiana bibliotheca possidet a Surianis illo tempore ostensum esse episcopo Acconensi.

<sup>2</sup> Egregie cum hoc codex Vaticanus convenit teste Assemanno l. l.

<sup>3</sup> Ad Golgotha sedentem fabulatur auctor Adamum singulis animalibus nomina imposuisse et deinde angelis comitantibus in paradisum ductum esse.

<sup>4</sup> Monti sancto paradisi fundamenta singitur inniti.

monte descensu. V. Praeceptum Adami ad Sethum et obitus Adami. VI. Praeceptum de horis nocturnis ac diurnis, quibus precentur universi creati in caelo, terra et spatio inter ea medio. VII. De adventu domini Christi, et quae signa ac miracula fecerit (facturns esset) in terra. VIII. De incarnatione et passionibus (Christi) vitam conferentibus. IX. Prophetia Adami de diluvio, et praeceptum ad Sethum filium suum, et obitus Adami, cui sit pax. X. De praesentia angelorum et turmarum (caelestium) ad exequias Adami celebrandas et honore eius apud deum O. M. et de filiis sanctorum. XI. De filiorum Sethi descensu ex monte sancto in partem eius inferiorem corumque commercio peccandi cum filiis Caini, quibus, cum in montem ascendere tentarent, is coram oculis factus est ignis accensus; et de Enoch in caelum raptu. XII. Colloquium dei cum Noacho et mandatum de confiencia navi, praeceptum Methusalahi patris (avi) eius, quod ei moriens dedit, et descensus Noachi e monte sancto cum fletu tristitiaque vehementi, et historia diluvii. XIII. De irae divinae remissione. XIV. De ebrietate Noachi et pudendorum eius revelatione. XV. De Coptis, Cushaeis, Indis -- et ceteris Nigritis, qui posteri sunt Canaanis filii Hami. XVI. De translatione<sup>5</sup> corporis Adami ad (locum) Golgotha, qui Hierosolymae est, et electione Melchisedeci a deo O. M., ut fieret dci summus sacerdos. XVII. De lingua Syriaca, confusione linguarum et divisione gentium, populorum atque tribuum. XVIII. De Nimrodo Magno, de rege, cultu idolorum etc., et quae praestigiarum ac doli eos docuerint daemones, et de ventis qui idola prostraverint. XIX. De Abrahamo atque Sara, oblatione Melchisedeci, Hierosolymae aedificatione et genealogia dominae purae, matris lucis verae. XX. De incendio librorum (sacrorum)<sup>6</sup>, captivitate Israelitarum et reditu ad Hierosolymam post annos septuaginta. XXI. Declaratio nominum patrum, quibus sit pax, usque ad ortum dominae purae, virginis, matris lucis, vitac ac misericordiae. XXII. Expositio prophetiae Danielis, et de stellis, magis etc. XXIII. De natali domini Christi, nominibus magorum, oblationi-

<sup>5</sup> Haec translatio describitur apud Eutychium in annalibus (tom. I. p. 48). Locum Golgotha credebant orientales in medio terrae positum et *calvariae* nomen ei inditum quod ibi sepulta esset Adami calvaria.

<sup>6</sup> Libros sacros ante captivitatem in patrum cum igne sacro sive paradisi coniectos, ab Ezra, cui facultatem eos proforendi deus dodisset, etiam si prorsus fuissent consumpti, post reditum a Babylone restitutos et denuo scripto traditos, antiquitus creditum fuit. Cf. Abulfaragii hist. dynast. p. 57.

bus, baptismo, crucifixione, morte atque resurrectione sancta. XXIV. Quomodo dominus Iesus Petrum, Iacobum ac Iohannem assumpserit iisque dederit spiritum sanctum cum potestate sanandi morbos etc. XXV. Quomodo S. Petrus dominum Iesum Christum rogavit ut sibi patefaceret mysteria recondita. XXVI. De manifestatione mysterii trinitatis. XXVII. De creatione caeli et aquarum, forma Hierosolymae caelestis, speciebus angelorum lucis ac figuris eorum. XXVIII. De principibus angelorum, quodque dominus Iesus sit deus sine controversia. XXIX. De statu, speciebus ac formis Lucidorum, et quod dominus Iesus sit omnipotens. XXX. Quomodo complicata caela et terra et posita fuerint in manu domini Iesu Christi, et de miraculis magnis . . . . .<sup>7</sup> XXXV. -- et fient tenebrae circa Hierosolymam per triduum et postea pace magna inter se fruentur fideles, tempusque iis feliciter procedet, quamdui rite precabuntur et iusta facient. XXXVI. De adventu catuli leonis (regis Romanorum) ante domini Christi adventum alterum septuaginta duabus hebdomadibus maioribus ac dimidia et septuaginta minoribus. XXXVII. De quattuor regibus, scilicet rege Babylonis, τῶν Beni'l-Abus, Graecorum et Romanorum, quorum hic ad Christi adventum manus rur sit. XXXVIII. Descriptio τῶν Beni'l-Abus, de statu et rebus gestis eorum, quodque eorum initium futurum sit anno Alexandri 923. XXXIX. De signo populi feri eiusque egressu ex Taiman, et quid ex eo futurum sit. L. Vae Palaestinae, Harrani, Savad et Armeniae; de rebus occidentis; quod claniatura sit Aegyptus (vel metropolis eius) et perituri sint reges littorum maris. LI. De profectione regum (regis) Christianorum a Byzantio ad urbem Romam, cui (regi) opem laturi sint reges potentes longe separati et osores eorum. LII. Quod catulus leonis potentiam sit habiturus ad exitium fidelium parandum, et promissum fidelibus omnibus, cum res adversas et calamitates patienter pertulerint, ipsis eventuram esse magnam felicitatem. LIII et LIV. De signis duodecim in urbe Petri manifestandis, et quod deus O. M. catulum leonis oppressurus sit per Michaelem angelum et Cherubim et Seraphim una cum duodecies mille milibus angelorum. LV. Vae feminis fidelium et excusationibus eorum, cum semetipsas foliis arboris maledictae (Hinnae i. e. Cypri) tinixerint, et calamitas iis eventura cum prodierit filius lupi e terra Fars. . . .<sup>8</sup> LXIII. --- Petro, ut omnia in hoc libro

<sup>7</sup> Hic igitur plura exciderunt.

<sup>8</sup> Hic rursus plura perierunt, item infra inter LXIX et LXXVIII.

memorata observaret, eumque aequa aestimaret ac si esset evangelii annuntiatio; de fuga virorum a feminis p[re]summa inopia; quodque in fine temporis coram oculis filiorum fidelium apparitum sit signum ad instar stellae, per quod a caede eripiendi sint. LXIV. Quod fideles debeat cavere Iudeos, illisque (Petrus) praecipere ut nullo pacto instituta Mosaica sument; de statione Aegypti; vae iis qui huius libri verba reiecerint. LXV. Quod cavere debeat fideles prodeunte catulo leonis; quid gaudii laetitiaeque illo tempore fidelibus concedendum, quo nempe peccatis eorum venia danda; eversio collum eminentiorum τοῦ δούλου τοῦ δούλου (diaboli); praestantiac mensis Nisan, qui est Bermuda; et de concordia professionis fidei secundum conciliorum sententiam. LXVI. De abolitione professionis sapientum et astrologorum, et qui astrorum scientiam omnesque doctrinas pravas collant; de regibus fidelibus numero quadraginta surrecturis. LXVII. De egressu filii Danis maledicti, qui est Antichristus, et de descensu Eliae et Enoch, quodque hos ille sit interfectorus et prodigia magna ac miracula multa editurus. LXVIII. De visionibus manifestatis Petro apostolo, cui sit pax. LXIX. Interpretatio verborum prophetarum a domino Christo deo nostro, et de iis qui divitias iniuste compararint aliisque reliquerint, quippe qui postremo inter stultos numerandi sint. .... LXXVIII. (De) - - - infidelibus, negantibus, querentibus et irridentibus, eorumque poena; vae illis qui dicant dominum Iesum Christum hominem esse, non deum. LXXIX. Expositio peccatorum septem, scilicet concubitus masculorum, (baptizatorum) cum infidelibus, (pravis) cum feminis, etc. LXXX. De consistentibus in fide orthodoxa, qui captivi ducti et vinci fuerint, et quid iis promiserit dominus noster Iesus Christus, cui debetur laus. LXXXI. De felicitate iis promissa qui opes suas domini nostri Iesu Christi caussa insumserint, quique erga liberos suos bene sint affecti, percussi fuerint, contumeliam acceperint, et qui in certamine propter dominum nostrum Iesum Christum patientes fuerint, et quid iis promiserit. LXXXII. De felicitate iis promissa qui gloriam (corpus) domini nostri Iesu Christi et sanguinem eius quotidie cum fide receperint, qui nigra vestimenta induerint ob peccata sua, qui patienter tulerint frigus et calorem, qui rem sacram cum fide celebrarint et oblationes quotidie obtulerint, qui pro fide certarint et effuderint sanguinem suum; et promissum apostolis datum de spiritus paracleti descensu in ipsos, ut gentes (linguis diversis) alloquerentur et signa atque miracula ederent. LXXXIII.

De zizania, scilicet virga furoris ac virga irae, quodque eius vis assecutura sit electos aliosque ex populo domini Christi, cui debetur laus. LXXXIV. Felix ille qui in fide perseverarit et in adoratione venerandae crucis constans fuerit; quod liber hic sigillo sancti spiritus obsignetur; dona praestantia quae dederit deus noster electo suo Petro, cui sit pax, et praeceptum ei datum de precatione horarum. LXXXV. De abrogatione circumcisionis, solutione fidelium a sabbati observatione, honoratione diei dominici eiusque praestantiis, de libertate edendi cibos omnes fidelium animis delectationem afferentes; nunciique boni felicitatis iis promissae. LXXXVI. De descensu millium ac plures millenorum millium angelorum, Cherubim atque Seraphim, qui laudes summas celebrabant inter ascensum domini nostri Iesu Christi in caelum. LXXXVII. De descensu sancti spiritus in sanctos discipulos in coenaculo Sionis. LXXXVIII. De discipulis Festo ac Constantino . . . .“

Ad revelationes Bartholomaei pergitimus. Habetur Parisiis in bibliotheca olim Reg. nunc Imp. collectio fragmentorum Sahidicorum maiorem partem rara vetustate insignium. Ex hac anno 1835 Eduardus Dulaurier, vir litterarum Armeniacarum et Copticarum longe peritissimus, edidit fragmentum operis deperditi, quod revelationes Bartholomaei inscriptum videtur. Libello ille suo hunc titulum fecit: *Fragment des révélations apocryphes de S. Barthélemy, et de l'histoire des communautés religieuses fondées par S. Pakhome. Traduit sur les textes Copto-thébains inédits conservés à la Bibliothèque du Roi, par M. Édouard Dulaurier. Paris, 1835.* Sahidico igitur textui interpretationem Francogallicam praeposuit, quam huc transcribere placet.

Séraphins du Père, accourez, réjouissez-vous du pardon qu'Adam a obtenu; car il sera rendu à son état primitif. Alors le Père ordonna à Michel d'amener Adam et sa femme Ève, qui sont ses enfants, et de les faire comparaître en présence de Dieu. Croyez-moi, ô mes frères les apôtres, croyez Barthélemy, et sachez que je n'ai vu de ma vie l'image d'aucun homme semblable à l'image d'Adam, si ce n'est du Sauveur. Une parure de perles le couvrait, des rayons lumineux s'élançaient de son visage pareils à ceux du soleil levant, des caractères écrits et éclatants étaient empreints sur son front, des caractères qu'aucun oeil mortel n'aurait pu lire: on y distinguait le nom du Père, du Fils et du Saint-Esprit. Ève à son tour brillait de tous les ornements de l'Esprit Saint. Des vierges, purs esprits, chantaient avec

elle, l'appelant Zoë (la vie), la mère de tous les êtres vivants. Alors le Père bon, prenant la parole, dit à Adam: „Puisque tu a transgressé mes ordres, puisque tu n'as point gardé mes préceptes, mon fils est allé te précéder pour opérer ta rédemption, et c'est Marie qui lui a donné le jour. Ève aura comme elle le titre de mère dans mon royaume.“ Le Sauveur, s'adressant à Michel, lui dit: „Rassemble tous les anges que renferment les cieux, qu'ils viennent m'adorer en ce jour; car j'ai obtenu la réconciliation de celui qui est mon image.“ Dès qu' Adam eut appris le bienfait immense qui lui avait été accordé, la joie s'empara de son coeur, il tressaillit d'allégresse et adressa ses hommages à la Divinité en ces termes: „Accourez, ô troupes célestes, réjouissez-vous avec moi; car mon Créateur m'a pardonné mes péchés.“ Les choeurs des anges s'écrierent: „Jésus, fils du Dieu vivant, ta miséricorde s'est étendue sur Adam ta créature.“ Alors arrivèrent tous les justes: Abraham l'ami de Dieu, Isaac que le péché ne souilla jamais, Jacob le saint, Job si grand par sa patience, et Moïse le premier des prophètes, ainsi que tous les hommes de bien qui n'ont jamais cessé d'accomplir les volontés divines. Et moi, Barthélemy, j'ai passé plusieurs jours sans manger et sans boire, la splendeur du spectacle qui s'offrait à mes regards suffisant pour ma nourriture. O mes frères les apôtres, vous à qui j'ai raconté toutes les visions dont j'ai été le témoin, partagez ma joie de la grâce que Dieu a faite à Adam et à ses fils. Tous (les apôtres) lui répondirent: „Très bien, notre frère chéri; on t'appellera Barthélemy l'apôtre, celui à qui les mystères de Dieu ont été révélés.“ Barthélemy leur dit: Pardonnez-moi, mes frères, je suis le dernier d'entre vous, et la pauvreté regne dans ma maison. Lorsque mes concitoyens me verront, ils s'écrieront: „N'est-ce pas là Barthélemy le cultivateur? n'est-ce pas lui qui habite la ferme d'Hiérocèles, le chef de notre ville, et qui va vendre des légumes au marché? Où a-t-il donc pris la nouvelle grandeur dont il se pare? Il n'était bruit auparavant que de sa misère, et aujourd'hui il fait des miracles divins.“ Dans le temps où le Sauveur nous conduisit sur la montagne des Oliviers, il nous entretint dans une langue qui nous était inconnue, et dont il nous a découvert depuis l'intelligence, en disant: „Anetharath.“ En ce moment les cieux s'ouvrirent de part en part, ses vêtements devinrent éclatants comme la neige, et le Sauveur s'éleva dans les cieux à nos regards surpris. Se prosternant devant son Père bon, il lui dit: „O mon

<sup>48</sup> Τούτου δὲ γενομένου τοῦ θαύματος ἐβάστασαν οἱ ἀπόστολοι τὴν κλίνην καὶ κατέθεντο τὸ τίμιον καὶ ἄγιον αὐτῆς σῶμα ἐν Γεθσημανῇ ἐν μνημείῳ καὶ οὐδὲν. καὶ οἶδον μύρον εὐωδίας ἐξήρχετο ἐκ τοῦ ἀγίου μνήμητος τῆς δεσποίνης ἡμῶν θεοτόκου· καὶ ἐως τριῶν ἡμέρων ἀστράτων ἀγγελων φωναὶ ἡκούοντο δοξαζόντων τὸν ἐξ αὐτῆς τεχθέντα Χριστὸν τὸν θεὸν ἡμῶν. καὶ πληρουμένης τῆς τρίτης ἡμέρας οὐκέτι ἡκούοντο αἱ φωναί, καὶ λοιπὸν ἐκεῖθεν πάντες ἔγνωσαν ὅτι μετετέθη τὸ ἄμμωμον καὶ τίμιον αὐτῆς σῶμα ἐν παραδείσῃ.

<sup>49</sup> Τούτου δὲ μετατεθέντος ἵδιον θεωροῦμεν τὴν Ἐλισάβετ τὴν μητέρα τοῦ ἀγίου Ἰωάννου τοῦ βαπτιστοῦ καὶ Ἀνναν τὴν μητέρα τῆς δεσποίνης καὶ Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ καὶ τὸν Δαυὶδ ψάλλοντα τὸ ἀλληλούϊα καὶ πάντας τοὺς χοροὺς τῶν ἀγίων προσκυνοῦντας τὸ τίμιον λείψαν τῆς μητρὸς τοῦ κυρίου, καὶ τόπον φωτοειδῆ, οὐ τοῦ φωτὸς ἐκείνου οὐδὲν λαμπρότερον· καὶ πλήθος εὐωδίας τοῦ τόπου ἐκείνου, ἐνθα μετετέθη τὸ τίμιον

κλίνης | Ιεφωνίᾳ (B Ιωφωνίᾳ, C Mon<sup>b</sup> Ιωφωνίᾳ, D Mon<sup>a</sup> Ιωφωνίᾳ): D add εἰς τὸν τόπον αὐτῶν | Mon<sup>a</sup> om τὸν θεόν, Mon<sup>b</sup> om χριστ. | ἐξ αὐτῆς cum BC Mon<sup>a</sup> et b: AD παρ' αὐτ.

<sup>48</sup> ἐβάστασαν οἱ ἀπόστ. οὐκοῦ ἐν παραδείσῳ εἰς C edidimus. Satis differunt ABD (item E): ἐν τῷ ἐξέρχεσθαι τοὺς ἀποστόλους ἐκ τῆς πόλεως Ἱερουσαλύμων βαστάζοντες (E Mon<sup>b</sup> -ντας) τὴν κλίνην ἄφων διδόσκα γεφέλαι φωτὸς (D om) ἀφήρπασαν (ita AE; D ἥρπασαν, B ἐπῆραν, Mon<sup>a</sup> et b ἀπῆραν) τοὺς ἀποστόλους (D ημᾶς pro τ. ἀπ.) σὺν τῷ σώματι τῆς δεσποίνης ἡμῶν, καὶ (BD om) ἐν τῷ παραδείσῳ μετατεθῆκαν (sic A; Mon<sup>b</sup> μεταθέντες ἐν τ. πα. et D μεταθήσαντες ἐν τ. παρ., B μεταθησάντων ἐ. τ. παρ.). Consentunt etiam Mon<sup>a</sup> et b.

<sup>49</sup> Τούτου usque ad finem sectionis 50 ad scripturam codicem ACDE recensimus. B eorum loco tantum haec habet: καὶ ἐδοξάσαμεν πάντες τὸν θεόν· φῆται δέξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰώνας τῶν αἰώνων, ἀμήν. | μετατεθέντος: C add ἐξ πνεύματος ἀγίου | ίδιον: C om | θεωροῦμεν: A add ἐν τῷ παραδείσῳ | τὴν (cum CE; ΛΔ Mon<sup>b</sup> om) ἀλισ. τ. μητ. (E μητέραν) τ. ἀγί. (C om τ. ἀγ.) Ιω. τοῦ βα. (E Mon<sup>b</sup> om τ. βα.) κ. ἄνν. τ. μητ. (DE μητέραν) τῆς δεσπ. (cum AD; CE Mon<sup>b</sup> αὐτῆς pro τ. δε.) - - καὶ τὸν (DE om) δα. ψάλλοντα (Mon<sup>b</sup> -ντας, E -ντες sic) - - χοροὺς τῶν ἀγί. (D Mon<sup>b</sup> om τ. ἀγί.) Α habet τῶν προφητῶν καὶ ἀγ. (.) πρ. τ. τίμ. λείψ. (D post κυρίου) τῆς (D τῆς ἀγίας μαρίας τῆς) μητρ. τ. κυρ. (E om τῆς μη. τ. κυρ.) καὶ (C add θύμον) τό. φω. οὐ τοῦ φω. ἐκ. (sic D; ACΕ οὐ τὸ φῶς, Mon<sup>b</sup> om τοῦ φω. ἐκ.) οὐδ. λα. κ. πλ. εὐωδ. (C add ἀνεπίμπετο ἐκ) τοῦ τόπ. ἐκ. (D Mon<sup>b</sup> ἐν αὐτῷ pro τ. τό. ἐκ.) ἕνδα (E add ὡς εἰρηται) μετετέθη (C ὡς σωτήρ μετέθηκεν) τὸ τίμ. κ. ἀγ. (C om κ. ἀγ.) αὐτῆς

καὶ ἄγιον αὐτῆς σῶμα ἐν τῷ παραδείσῳ· καὶ μέλος δὲ ὑμνούντων τὸν ἑξ αὐτῆς τεχθέντα, ὁ παρθένοις καὶ μόνοις δίδοται τὸ τοιοῦτον γλυκὺ μέλος ἀκούειν, οὐ κόρος σύκη ἔστιν. ὥημεῖς οὖν οἱ ἀπόστολοι θεωρήσαντες τὴν ἀφίγνω τοῦ ἀγίου αὐτῆς σώματος τιμίαν μετάθεσιν ἐδοξάσαμεν τὸν θεὸν τὸν δεῖξαντα ἡμῖν τὰ θαυμάσια αὐτοῦ ἐπὶ τῇ ἀναλύσει τῆς μητρὸς τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· τῆς εὐχαῖς καὶ πρεσβείαις ἀξιωθῶμεν πάντες ὑπὸ τὴν αὐτῆς σκέπην καὶ ἀντίληψιν καὶ προστασίαν τυχεῖν καὶ ἐν τῷ νῦν αἰώνι καὶ ἐν τῷ μελλοντι, δοξάζοντες ἐν παντὶ καιρῷ καὶ τόπῳ τὸν μονογενῆν αὐτῆς υἱὸν ἄμα τῷ πατρὶ καὶ τῷ ἀγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς αἰώνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

(E post τίμ.) -- ὑμνούντων (C add ἀγγελῶν) -- τεχθέντα (C add χριστὸν τὸν θεὸν ἡμῶν) | δ (E om) παρ. κ. μόνοις (E παρθένῳ καὶ μόνον) δίδοται (eum D; E δίδοται) -- ἀκούειν: A (corrupte) οὐ μέλος παρθένων καὶ μόνον δίδοται τὸ τοιοῦτον μέλος ἀκούειν, C plane om. Mon b om omnia ab ἔνδεια usque οὐκ ἔστιν.

5ο ἡμεῖς ετο. cum D: ACK Mon b οἱ δὲ ἄγιοι ἀπόστ. | ἀφιώ: C add ἐκ τοῦ μνήματος | Mon b om τοῦ ἀγίου et σώματος | D τοῦ τιμίου καὶ ἀγίου | μετάθεσιν: E μετάστασιν | ἐδοξάσαμεν cum ACD: E ἐδέξασαν, Mon b θύωσαν δόξαν, pergens τῷ θεῷ τῷ δεξιαντι | ἡμῖν: E αὐτοῖς | αὐτοῦ: C ταῦτα | ἐπὶ τῇ ἀναλύσει τοῦ ΑΓ: E ἐπὶ τῇ ἀναλύσει, D καὶ τῇ ἀνάλ. | τοῦ (D αὐτοῦ τοῦ) κυρ. (E add καὶ θεοῦ, item A καὶ θεοῦ καὶ σωτῆρος) ἡμ. Ἰησ. χρ. (eum AD; CE Mon b om Ἰησ. χρ.) | ὑπὸ τῇ -- τυχεῖν (ita C, E om; A εἰναι post μελλοντι): D εὑρεῖν θεος καὶ ἀφεσιν ἀμαρτιῶν παρὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ. Mon b pro ἀξιωθῶμεν usque τῷ ἀγίῳ πνεύματι illi nisi στηριχθείμεν δοξάζοντες πατέρα καὶ υἱόν καὶ ἄγιον πνεύμα | δοξάζοντες (C ήνα δοξάζωμεν) -- μονογενῆν (eum AE; C -γενῆ) αὐτ. υἱόν: D illi nisi δοξ. αὐτόν | Ο παναγίῳ | εἰς: E praem νῦν καὶ ἀεὶ καὶ | ἀμήν eum CDE: A om

## VI. TRANSITUS MARIAE. A.

---

### DE TRANSITU BEATAE MARIAE VIRGINIS.\*

<sup>1</sup>In tempore illo antequam dominus ad passionem veniret, et inter multa verba, quae mater filio inquisivit, de suo transitu interrogare coepit cum tali assamine: O carissime fili, precor sanctitatem tuam ut, quando anima mea de corpore exierit, tertio die ante facias me scire, et tu, dilecte fili, cum tuis angelis eam suscipe. <sup>2</sup>Tum suscepit deprecationem dilectae matris dixitque ei: O aula et templum dei vivi, o puerpera benedicta, o regina omnium sanctorum et benedicta super omnes feminas; antequam me portares in tuo utero, semper custodivi te et cibare feci te cotidie meo angelico cibo, ut nosti: quomodo te deseram, postquam tu me portasti et nutriti, fugiendo in Egyptum detulisti et multas angustias pro me sustinuisti? Ecce scias quia angeli mei semper custodierunt te et custodient usque ad transitum tuum. Sed post-

\* titulum hunc A praebet; C: *Transitus beatae Mariae virginis*; B: *De assumptione beatae Mariae virginis*.

<sup>1</sup> dominus ex BC; A deus | et inter: ita et A et B | O: A om. C: Tempore illo quo dominus ad passionem suam venire debet, inter multa verba de quibus eius gloria mater ipsum cotidie deprecabatur -- coepit cum rogare tunc tali modo -- de hoc seculo migrare debuerit, eam cum tuis angelis suscipere debeas et omnes apostolorum transitu meo facias interesse.

<sup>2</sup> suscepit: B add denuo | aula: B add sancta | sanctorum: ita certe C, nec aliter, ut suspicor, AB. Pro compendii vero similitudine facile confunduntur *sc*ulatorum et sanctorum. | meo angelico cibo: B cibo angelorum meorum | B om *fi*re *Apocalypse. apocryph. ed. Tischendorf.*

quam sustinuero passionem propter homines, sicut scriptum est, et in die tertio resurrexero et post XL. dies in celum ascendero, cum videris me cum angelis et archangelis, cum sanctis et cum virginibus et cum meis discipulis ad te venientem, scito pro certo quod anima tua separabitur a corpore et in celum eam deferam, ubi nunquam penitus tribulationem vel angustiam habebit. <sup>3</sup>Tunc illa laetificata et glorisicata est et osculata genua filii sui, et benedixit creatorem celi et terrae, qui tale donum dedit ei per Ihesum Christum filium eius.

<sup>4</sup> Secundo igitur anno post ascensionem domini nostri Ihesu Christi beatissima virgo Maria diebus ac noctibus semper in oratione assistebat. Tertia vero die antequam obiret, venit ad eam angelus domini salutavitque eam dicens: Ave Maria, gratia plena, dominus tecum. Illa autem respondit dicens: Deo gratias. Iterum dixit ei: Accipe hanc palmam quam tibi promisit dominus. Illa vero cum magno gaudio gratias deo referens accepit pal-

giendo in Eg. dictulisti | cum videris: B videbis | scito: B scias. C: Dixit ad eam dominus: O aula templi dei vici. Atque iterum dixit: O puella benedicta, o regina omnium sanctorum, o domina super omnes mulieres exaltata atque benedicta, antequam me in utero portares, semper te custodivi, cibo angelorum, ut nosti, per meum angelum te cotidie cubare feci: quonodo te deservi, postquam me portasti et nutriti atque fugisti, et propterea multotiens pro me multas angustias sustinuisti! Ecce scias quod sicut angelus meus usque nunc te custodivit et semper seruivit, ita et de cetero semper custodiet atque seruicte usque ad tuum transitum. Sed -- scriptum est, die tertio resurgam et -- in celo ascendam. Cum autem videris angelum meum Gabrielum ad te venire cum palma quam tibi de celo mittam, scias me proximo ad te esse venturum cum meis discip. atque ang. et arch. atque virg., et ipse met angelus Gabriel bene docebit te quoniam anima tua separabitur a corpore; et tunc animam tuam et corpus tuum cum omni choro angelorum, archangelorum, patriarcharum atque virginum in celis deservam, in quibus neque tribulatio neque angustia aliqua habetur.

<sup>5</sup> C: Tunc illa osculans genua filii sui benedixit creatorem -- sibi concessit -- eius.

<sup>6</sup> Illa vero cum usque de manu angelii ex C adsumpsumus. C: Ipsa vero beatissima virgo Maria et ante passionem filii sui, et inter ipsam passionem et post ipsam resurrectionem atque ascensionem diebus et noctibus semper in orationibus astuit. Tertia vero antequam glorirosa virgo Maria de hoc seculo migrare debaret, ecce angelus Gabriel venit ad eam deservens in dextera manu palmam (codex deferente et palma). Et salutavit eam dicens -- dixit ad eam angelus: Accipe -- quem tibi

mam sibi missam de manu angeli. Dixit ei angelus domini: Post triduum erit assumptio tua. Illa autem: Deo gratias, respondit.

<sup>5</sup> Tunc vocavit Ioseph de Arimathia civitate et alios discipulos domini, quibus congregatis et propinquis et notis, nuntiavit transitum suum omnibus illic astantibus. Tunc beata Maria lavit se et induit se sicut regina, et expectabat adventum filii sui, sicut promiserat ei. Et rogavit omnes propinquos ut eam custodirent et solatium ei facerent. Habebat autem secum tres virgines, Sepphoram, Abigeam et Zaël; discipuli vero domini nostri Ihesu Christi iam dispersi erant per universum mundum ad populum dei praedicandum.

<sup>6</sup> Tunc hora tertia facta sunt tonitrua magna et pluvia et coruscationes et tribulatio et terrae motus, dum staret regina Maria in thalamo suo. Iohannes evangelista et apostolus de Epheso subito ductus est et intravit thalamum beatae Mariae, salutavitque eam dixitque ei: Ave Maria, gratia plena, dominus tecum. Illa vero: Deo gratias, respondit, et elevans se osculata est sanctum Iohannem.

*dominus mens, filius tuus, per me de celo transmisit. Illa vero -- ei angelus: Post -- ascensio tua. Illa autem gratias magnas cepit referre deo talibus dictis: Magnificat anima mea dominum et exultavit spiritus mens in deo salutari meo.*

<sup>5</sup> lavit se et induit se: ita B, item C; A levavit se | B Sephora, Abigae, Zach. U: Tunc Joseph ab Arimathia civitate, qui ipsam gloriosam virginem Mariam die ac nocte semper in domo serviebat et custodiebat, omnibus suis notis ac propinquis et parentibus et omnibus astantibus transitum beatae virginis Marias denuntiarit. Tunc beata Maria corpus suum lavit et induit se, et cum gudio magno expectabat -- ipse promiserat. Et rogabat omn. pr. suos -- sibi facerent. Ipsa vero beata Maria habebat secum -- scilicet Seph. Abiceam et Zabel, quos eam die ac nocte cum magna reverentia serviebant et custodiebant.

<sup>6</sup> B om et coruscationes usque motus. C: Tunc hora tertia secundi diei, postquam angelus cum palma venit ad eam, facta sunt tonitrua et coruscationes et pluvia et magna tribulatio -- Et dum ipse regina staret in oratione in suo thalamo, recedente pluvia, ecce Joh. apost. intravit in suum thalamum salutavitque eam dicens -- vero respondit: Deo gr. Et ascendens osculata est -- ei: O fili cariss. -- me dereliquisti et -- non obseruasti nec attendisti, scilicet ut -- ipse praeccepit tibi dum pendebat in cruce pro salute hominum -- flexo cum lacrimis veniam postulare cepit -- pepereit ei dando (additum est sibi) suam benedictionem. Iterum obsecrata est eum.

Dixitque ei beata Maria: O carissime fili, cur tanto tempore me dimisisti et praecepta tui magistri non attendisti, ut me custodires, sicut praecepit tibi dum in cruce penderet? Ille autem genu flexo veniam rogabat. Tunc beata Maria benedixit eum et iterum osculata est eum. <sup>7</sup>Et dum voluisset interrogare unde veniret vel pro qua causa Hierosolymam venisset, ecce omnes discipuli domini ad ostia thalami beatae Mariae, excepto Thoma qui dicitur Didymus, nube ducti sunt. Stantes intraverunt salutaveruntque reginam talibus dictis et adoraverunt eam: Ave Maria, gratia plena, dominus tecum. Illa vero sollicita cito surgens et inclinans se, osculans eos gratias deo retulit. <sup>8</sup>Haec sunt nomina discipulorum domini qui in nube illuc advecti sunt: Iohannes evangelista et Jacobus frater eius, Petrus et Paulus, Andreas, Philippus, Lucas, Barnabas, Bartholomaeus et Matthaeus, Matthias qui dicitur Iustus, Simon Chananaeus, Iudas et frater eius, Nicodemus et Maximianus, alii multi, qui numerari non possunt. <sup>9</sup>Tunc beata Maria dixit fratribus suis: Quid est hoc quod omnes Hierosolymam venistis? Respondens Petrus dixit ei: Nobis necessarium fuit hoc a te quare; tu autem interrogas nos? Certe, ut puto, nullus de nobis scit cur huc tanta velocitate venimus hodie. Fui

<sup>7</sup> C: *Et cum voluit -- venisti -- venisti -- stantes ante ostium be. Ma. virginis -- Didymus. Et insimul ad eam intraverunt et adoraverunt eam atque cum magna reverentia salutaverunt eam dicentes -- Illa vero, ut solita erat, deo gratias dixit.*

<sup>8</sup> Paulus: B om | Matthaeus (cod. matheus): B add *puplicanus* | B om *Matthias* (cod. mathias) qui *di. Iu.* | et *frater eius*: ita C, nec aliter ut videtur AB, in quibus *et marcus* legi suspicatus erant | B *Maxim. et pro et Maxim.* | C: *Haec -- qui fuerunt adducti: Ioh. evang. Petr. Andr. Iac. Zebedei, Paul. Luc. Bartha. Barn. Math. publicanus, Sim. Chana. Iud. et frater eius, Nichod. Ma. et alii mu. quos nominare non possumus.*

<sup>9</sup> C: *Tunc -- suis: Videte hoo; quid ita vos omnes Hierusalem venistis -- O regina, certe nobis est necesse inquirere a te hoc quod a nobis inquiris, quia, ut firmiter credo, non est aliquis ex nobis qui sciat qua de causa Hierusalem venimus; quia hodie fui Antiochiae et cum tanta velocitate huc veni et ductus sum, quia etiam interim aliquid nec dicere nec cogitare potui. Similiter et omnes manifeste discerunt de quo loco sive de qua regione adducti fuerant. Tunc unusquisque eorum haec audiens valde cepit mirari.*

Antiochiae; modo vero sum hic. Dixerunt omnes mani-  
feste locum ubi fuerant illo die. Qui ammirati sunt uni-  
versi, quod ibi aderant, haec audientes. <sup>10</sup> Dixit eis beata  
Maria: Ego filium meum rogavi, antequam sustineret pas-  
sionem, ut ipse et vos essetis ad obitum meum; et annuit  
mihi hoc donum. Unde sciatis quod die crastina erit trans-  
itus meus. Vigilate et orate mecum, ut, quando vene-  
rit dominus ad animam meam suscipiendam, vigilantes  
vos inveniat. Tunc omnes promiserunt se vigilare. Et  
vigilaverunt et adoraverunt per totam noctem cum psal-  
modiis et canticis cum magnis luminariis.

<sup>11</sup> Adveniente die dominica hora tertia, sicut spiritus  
sanctus descendit super apostolos in nube, ita descendit  
Christus cum multitudine angelorum et accepit animam  
suae matris dilectae. Nam talis illustratio fuit et odor sua-  
vitatis et angeli cantantes cantica cantorum, ubi dicit do-  
minus: Sicut lily inter spinas, sic amica mea inter filias,  
quod omnes qui aderant ibi ceciderunt in facies suas, sicut  
ceciderunt apostoli quando Christus transfiguravit se co-  
ram eis in monte Thabor, et per integrum horam et dimi-  
diem nullus exurgere potuit. <sup>12</sup> Sed recedente lumine si-  
mulque cum ipso lumine assumpta est in celum anima bea-  
tae Mariae virginis cum psalmodiis, hymnis et canticis

<sup>10</sup> C: *Dixit iterum regina ad eos: Ego dominum et fil. meum (h. l. plura de-  
sunt) quia hodie anima mea separabitur a corpore. Et ostendit eis palmarum quam  
dominus per angelum suum sibi miserat de celo, dixitque eis: Vigilate -- ut cum  
venerit filius meus et dominus mens, vigilantes vos mecum inveniat. Tunc unusquisque  
ipsorum promisit -- canticis spiritualibus.*

<sup>11</sup> quod omnes: B et omnes | A qui ibi aderant ibi | quando Christus usque  
exurgere (A se erigere) potuit: haec B praebet; A ploraque male om. C: *Veniente  
hora tertia ipsius diei sicuti sp. sa. apparet in nube suis discipulis, scilicet Petro,  
Iacobo et Iohanni, quando transfiguratus est, ita et tunc apparet alique descendit  
Chr. cum -- dilect. matr. Et tunc omnis terra tremuit; farta fuit illustratio et  
claritas adventus Christi cum odore suavitatis, quod unusquisque eorum ibi astan-  
tium ceciderit in facies suas; quando dominus transfiguratus est coram eis, audie-  
bant canticum angelicum cantare: Sicut lily inter spinas, sic amica mea inter  
filias, et . . . (decem fers litterae) una hora et dimidia prae nimia claritate, et  
nullus ipsorum se erigere potuit. Sic singula, sed vix recte.*

<sup>12</sup> simulque: B simul | virginis cum ps. hy. et canticis (cod. cantica) canticis:

canticorum. Et ascende nube omnis terra contremuit, et in uno momento obitum sanctae Mariae omnes Hierosymitani aperte viderunt.

<sup>13</sup> Et illa eadem hora introivit Satanus in illos et coeperunt cogitare quid de corpore eius facerent. Et acceperunt arma ut corpus eius arderent et apostolos interficerent, quia de ea exierant dispersiones Israel, propter peccata eorum et congregationem gentium. Sed caecitate percussi sunt, percutientes capita sua per parietes et percutientes se invicem. <sup>14</sup> Tunc apostoli tanta claritate perterriti, levantes se cum psalmodio corpus sanctum de monte Sion ferebant in valle Iosaphat. Sed venientes media via, ecce quidam Iudeus, Ruben nomine, sanctum volens ferebatur in terra iactare cum corpore be-

haec om B | ascende nube ex B; A descendente lumine | omnis terra contr. etc.: B omnes contremuerunt et uno momento obiit virgo Maria et omnes Hier. aperte vid. C: Sed recedente simul cum -- est ipsa anima be. Ma. virginis in celum cum psalm. et cantici spiritualibus. (Nil prasterea).

<sup>15</sup> de ea (cf. etiam C): B de eis | congregationem: ita scriptum est; nimirum verba propter pecc. corum et congr. gent. auctor libelli addidit ut commentaretur quod de dispersione Isr. dictum erat. | se invicem: B add et mortui sunt. C: Tunc iterum introivit satanas in populo Iudeorum et ceperunt -- facerent, quia, ut ipsi dicebant, de ipsa exierat dissensio Iudeorum: propterea volebant eius sanctissimum corpus destruere atque comburere. Tunc ceperunt facere incantationes quam plurimas, et insimul se convenire et taliter facere volebant ut memoria beatae Mariae virginis non haberetur in terra. Et acceptis armis credebant se facere insultum in discipulos domini et per vim capere corpus gloriosae virginis Mariae, quia ipsum penitus volebant delere atque comburere. Et divino iudicio ad divina vindicta, statim ut ceperunt iter ad faciendum hoc quod cogitaverant, in ipso momento ceperunt se invicem cum ipsis armis percutere atque occidere; et tanquam furiose et malitiosi percutiebant capita per muros et parietes, et super ipsis versare eorum rabies (extrema corrupta).

<sup>16</sup> apostoli ex B (et C); A enim | perterriti etc.: B illuminati levaverunt corpus beatas Mariae virginis cum psalmodia de mo. Si. et fereb. | in valle: ita A, similiterque infra (scripturam B codicis non adnotavi) | B Iosapha (sed post etiam Iosaphat habet). C: Tunc ap. pert. tant. clar. levantes [us?] cum magna fiducia et cum magno honore atque gaudio, cum psalmodiis, hymnis et cantici spiritualibus ceperunt portare sanctissimum corp. de monte Sion in vallem Iosaphat. Et dum venissent circa medianam viam itineris quod ceperant, ecce quid. Iud. scriba venit de tribu Dan, nomine Ruben, qui volebat et cogitabat sanctissimum corpus in terra iacere. Set (sic) divino dei iudicio, dum ipse Iudacus porrigeret manus versus corpus sanctae dei genitricis Mariae, illi cito manus eius usque ad cubitum aruerunt, et nullo modo valebat ad se trahere.

tae Mariae. Sed manus eius aruerunt usque ad cubitum; nolendo volendo usque in valle Iosaphat descendit plorans et lugens, quia manus eius erant erectae ad ferestrum, et non valebat manus suas ad se retrahere. <sup>15</sup> Et coepit rogare apostolos ut per orationem eorum salvaretur et Christianus efficeretur. Tunc apostoli flectentes genua rogaverunt dominum ut eum solveret. Quo sanato eadem hora, gratias referens deo et osculans pedes reginae omnium sanctorum et apostolorum, in ipso loco baptizatus est, et coepit praedicare nomen dei nostri Ihesu Christi.

<sup>16</sup> Tunc apostoli cum magno honore posuerunt corpus in monumento, flendo et canendo praenimio amore et dulcedine. Et subito circumfusit eos lux de celo, et cadentes in terram, corpus sanctum ab angelis in celum est assumptum.

<sup>17</sup> Tunc beatissimus Thomas subito ductus est ad montem oliveti et vidi beatissimum corpus petere celum, coepitque clamare et dicere: O mater sancta, mater benedicta, mater immaculata, si inveni gratiam modo, quia video te, laetifica servum tuum per tuam misericordiam, quia ad celum pergis. Tunc zona, qua apostoli corpus

<sup>15</sup> solveret: ita (non saltaret) A, nec aliter C | sanato: ita scriptum esse videtur, et confirmatur C codicis scriptura. C: Tunc ille cepit rog. sanctos app. dei et eis firmiter promittere quia, si per orationem eorum salvaretur, absque mora efficeretur Christianus. Tunc omnes app. -- reginam ut eum solveret. Et sanatus est eadem hora, et cepit cum magno gaudio osculari pedes virginis et pedes omnium apostolorum, et statim in illo loco baptizatus est. Deinde cepit praed. nom. domini no. I. Chr.

<sup>16</sup> C: Amplius autem portaverunt sanctissimum corpus in valle Iosaphat, et ibi ipsum collocaverunt cum omni honore, flendo -- et cadens (?) in terra sanct. corp. - assumpt. est.

<sup>17</sup> coepitque cl. et dic. O mater ex B sunt; A clamare coepit (videtur antea inter et vidit excidisse ut) circa eam: Mater | quia video te ex B; A te vidente (videndi?) | quia ad celum pergis ex B; A adscendentem. C: Tunc beatus Thomas cum ascenderet in montem oliveti, vidit corpus sanctae dei genitricis celum petere; cepit clamare flendo roce magna: Mater sancta, ma. imma. ma. bened. tenio te videre; quomodo me dimitis, quia video te in celum ascendere? Per tuam sanctam miseric. sanctifica me filium tuum. Tunc illa gloriosa virgo Maria exaudivit

sanctissimum praecinxerant, beato Thomae de celo iactata est. Quam accipiens et osculans eam ac deo gratias referens venit iterum in valle Iosaphat. <sup>18</sup> Invenit omnes apostolos et aliam turbam magnam ibi pectora sua percipientes piae claritate quam viderant. Qui videntes se invicem et osculati, beatus Petrus dixit ad eum: Vere semper durus et incredulus fuisti, quia pro incredulitate tua non placuit deo ut essem nobiscum ad sepeliendam matrem salvatoris. Ille vero percutiens pectus suum dixit: Scio autem et firmiter credo quia malus homo et incredulus semper fui; veniam igitur peto ab omnibus vobis de duritia et incredulitate mea. Et omnes oraverunt pro eo. <sup>19</sup> Tunc dixit beatus Thomas: Ubi posuistis corpus eius? Qui digito sepulcrum monstraverunt. Ille vero dixit: Non est ibi corpus quod dicitur sanctissimum. Tunc ait beatus Petrus ad eum: Iam alia vice resurrectionem nostri magistri et domini credere noluisti nobis, nisi digitis tuis palparet et videres; quomodo credes nobis ut corpus sanctum hic esset? Adhuc ille affirmat dicens: Non est hic. Tunc quasi irati ad sepulcrum accesserunt, quod in petra erat cavatum novum, tuleruntque lapidem; corpus

eum et misit ibi de celo zonam de qua sancti app. praecinxerant eam. Quam acc. et obsc. et magnas grat. deo referens venit in valle Io.

<sup>18</sup> quia malus homo etc.: B quia malus sum et durus et incredulus et semper etc. | igitur ex B; A om. C: Ibi invenit omn. app. et illam turb. magn. percipientes corpora sua piae nimia clar. qu. vid. Et videntes beatum Thomam cum gaudio osculati sunt eum, dixitque ad eum be. Pe. -- et quia incredulitas tua non placuit deo, ideo nobiscum non fuisti ad sep. matr. domini salvatoris. Ille vero percutebat pe. su. et dicebat: Vere scio et -- malus sum et incr. Veniam peto deo et meae sanctae matri et omnib. vob. propter incredulitatem meam. Et omn. statim ceperunt orare pro eo.

<sup>19</sup> C: Tunc bea. Th. dix. eis -- corp. sanctae virginis Mariae? Qui cum d. gitis demonstrabant eius sepulcr. -- est hic illud quod dicitis neo quod esse creditis. Respondit ei be. Pe.: Aliu vice resu. dom. nostri Ihe. Chr. cred. no. nisi dig. tu. plagas eius tetigisses et oculis tuis eum vidisses. Quomodo nunc credere poteris quod sanctiss. corp. hic sepultum fuisset. Adhuc ipse magis affirmabat eis dicendo -- Tunc illi qu. ir. cucurrerunt ad monumentum sanctae dei genitricis et sustulerunt lapidem qui superpositus fuerat suo sancto et glorioso sanctissimo monumento. Et respicientes in monumentum, et (sic) nihil viderunt nisi solummodo lapidem qui erat

vero non invenerunt, nescientes quid dicerent, quia victi erant sermonibus Thomae. <sup>20</sup> Deinde beatus Thomas referebat eis quomodo missam cantabat in India; indutus adhuc erat vestimenta sacerdotalia. Verbum dei ille nesciens in monte oliveti ductus erat et vidi sanctissimum corpus beatae Mariae in celum ascendere, et oravit eam ut benedictionem ei daret. Exaudivit deprecationem illius et iactavit illi zonam suam, qua praecincta erat. Et ostendit illam zonam cunctis. <sup>21</sup> Videntes autem apostoli cingulum quod illi praecinxerant, glorificantes deum veniam petierunt omnes beato Thomae propter benedictionem, quam dedit illi beata Maria et propterea quod vidi corpus sanctissimum celos ascendere. Et benedixit eos beatus Thomas et dixit: Ecce quam bonum et quam iucundum habitare fratres in unum.

<sup>22</sup> Et nube qua ibi advecli sunt, eadem nubes revexit unumquenque in locum suum, sicut Philippus quando baptizavit eunuchum, sicut legitur in actibus apostolo-

---

*plenus manna; quoniam illud monumentum abscissum erat de petra. Propterea quia inveniebant sanctum monumentum vacuum, (sequitur non manna?) interrogabant quid dicere deberent beato Thomae.*

<sup>20</sup> C: *Postquam vero be. Thom. vidit eos stupentes, exultantes et nescientes quid de sepulcro corpore dicerent, eis taliter blande loqui cepit: Fratres mei et domini mei, audite. Hodie cantari missam in Indiam (sic) et adhuc cum indutus ueste sacerdotali sicut ibi fui. Nescio qualiter huc veni vel adductus sum; sed statim dum incepit ascendere (videtur non nihil desiderari), et rogavi eam ut benedictionem mihi daret. Tunc ipsa exaudivit me et meam audivit deprecationem. Unde ipsa regina et domina mea statim misit ad me zonam suam, quam (sic) praecincta erat. Et ostendit eis: ita A, non verbo*

<sup>21</sup> C: *Videntes app. cingulum quo praecinxerant sanctissimum corpus virginis Mariae, glorificaverunt deum et veniam -- beati Thomae de hoc quod ei dixerant, et quia ipse gloriosus apostolus meruerat [videre] sanctissimum corp. celos ascendere et etiam cingulum acceperat sanctae dei genitricis sibi per angelum de celo missum. Et rogabant omnes ibi adstantes apostolum ut veniam eis daret et benedictionem. Tunc be. Thom. cepit flere et cum magno gudio benedicbat [eos] alque dicebat: Ecce -- in unum.*

<sup>22</sup> *Et ita et: B ita | ubi erant primo ex B; A om. C: Et statim in ipsa hora unusquisque ipsorum apostolorum cum eadem nube cum qua adductus fuerat remeavit sive reversus est ad suum locum proprium. Et sicut legitur in actibus app. de Philippo qui baptizavit eunuchum et statim redit ad suum locum; similiter Aba-*

rum; et si<sup>c</sup>ut Abacuc propheta portavit victimum Danieli qui erat in lacu leonum et cito reversus fuit in Iudeam. Et ita et apostoli cito reversi sunt ubi erant primo ad populum dei praedicandum. <sup>23</sup>Nec mirum talia eum facere, qui clauso utero intravit et exivit de virgine, qui ianuis clausis ad discipulos intravit, qui surdos audire fecit, mortuos suscitavit, leprosos mundavit, qui caecos illuminavit et alia multa mirabilia fecit. Hoc credere non est dubium.

<sup>24</sup>Ego sum Ioseph qui corpus domini in meo sepulcro posui et ipsum resurgentem vidi, et templum eius sacratissimum beatam Mariam semper virginem ante ascensionem et post ascensionem domini semper custodivi, et in pagina et in pectore meo quae praecesserunt de ore dei, et quomodo supradicta gesta sunt dei crisi. Et notum feci omnibus Iudeis et gentibus ea quae oculis vidi et auri- bus audivi, et usque dum vixero praedicare non desistam.

---

*cuc, qui deportavit victimum Danieli et cito reversus est in Iudeam, et unusquisque apostolorum citissime reversus est ad praedicandum populum dei in loco illo ubi prius fuerat missus sive constitutus vel praordinatus.*

<sup>25</sup>Nec mirum etc.: B Neo mirum est talia credere, quia ianuis clausis etc. C: Neo mirum est talia credere, quia ille clauso utero virginis intravit et semper custodivit incorruptam (ita scribere poterat auctor, nisi mavis incorruptam) ac servavit, et tertio die resurrexit, et clausi ianuis suis manifesto discipulis apparuit atque cum eis locutus fuit, qui surdos fecit aud., mort. susc., caecos illum., lepr. mund., in Chana Galilee de aqua vinum fecit.

<sup>26</sup>ipsum ex B; A om | vidi; B audivi et vidi | et templum usque semp. virginem: ita textus corruptus restituendus videbatur | ante ascens. et post ascens. dom. semp. custodio: B et sepulcrum ante ascens. semp. custod. | Et in pagina usque crisi ex B; A pleraque corrupte | desistam ex B; A desisto | assidue ut sit etc: B ut pro nobis ad dominum intercedut, cui est honor et glor. in sec. seculorum, amen. C: Quia ego Ioseph, qui corpus domini nostri Ihesu Christi in meo sep. posui et post eius resurrectionem ipsum vidi et cum eo locutus fui; qui postea suam piissimam matrem in domo meo usque ad assumptionem suam in celis custodivi et pro posse meo servio; qui etiam de suo sancto ore multa secreta audire et videre merui, quae in pectore meo scripsi et continui. Ea quae oculis meis vidi et auribus audivi de ria sancta et gloriosa assumptione, fidelibus Christianis et deum timentibus scripsi, et dum vixero haec praedicare, dixerim, scribere omnibus gentibus non desistam. Et sciat unusquisque Christianus, quod ille qui hoc scriptum secum habuerit vel in domo sua, sive sit clericus vel laicus vel femina, diabolus non nocte ei, eius filius non erit lunaticus vel daemoniacus nec surdus nec cecus; in

Cuius assumptio hodie per universum mundum veneratur et colitur, ipsam precemur assidue ut sit memor nostri ante piissimum suum filium in celo, cui laus est et gloria per infinita secula seculorum, amen.

---

*domo eius non . . . . [fere est magna in . pit], morte subiuncta non peribit; de qua-  
cunque tribulatione clamaverit ad eam, exaudiatur, atque in die obitus sui cum suis  
sanctis virginibus in suo adiutorio eam habebit. Deprecor ego assidue ut ipsa piissima  
ac misericordissima regina semper sit [memor] mei et omnium in se credentium  
ac sperantium ante piissimum filium suum dominum nostrum Ihesum Christum, qui  
cum patre et spiritu sancto vivit et regnat deus per infinita secula seculorum, amen.  
Subscriptum est: Explicit transitus beatae Mariae virginis. Sit Pax legendi, sit  
gratia digna petenti. Qui legerit hunc sermonem, salvetur.*

---

## VII. TRANSITUS MARIAE. B.

### INCIPIT TRANSITUS BEATAE MARIAE.\*

#### I. (II.)

<sup>1</sup>Igitur cum dominus et salvator Iesus Christus pro totius seculi vita confixus clavis crucis penderet in ligno, vedit circa crucem matrem stantem et Iohannem evangelistam, quem prae ceteris apostolis peculiarius diligebat, eo quod ipse solus ex eis virgo esset in corpore. Tradidit

\* Ita cod. Ven., nisi quod additum habet *cum lactitia*. In Maxima Biblioth. vet. patr. II, 2. pag. 212. tituli loco legitur: *Sancti Melitonis episcopi Sardensis de transitu virginis Mariae*, liber. Quem titulum excipit caput primum, quod sic habet: *Melito seruos Christi, episcopos ecclesias Sardensis, venerabilibus in domino fratribus Laodiceae constitutis in pace salutem. Sacre scripsisse me memini de quoddam Leurio qui nobiscum cum apostolis concur- satus alieno sensu et animo temerario discedens a via iustitiae plurima de aposto- lorum actibus in libris suis inveruit: et de virtutibus quidem eorum multa et varia dixit, de doctrina vero eorum plurima mentitus est, asserens eos aliter docuisse et stabiliens quasi ex eorum verbis sua nefunda argumenta. Nec solum sibi suffi- cere arbitratus est, verum etiam transitum beatae semper virginis Mariae genitri- cie dei ita impio depravavit stylo, ut in ecclesia dei non solum legere sed etiam nefas sit audire. Nos ergo vobis potentibus quae ab apostolo Iohanne audivimus, haec simpliciter scribentes vestrae fraternitati direximus, credentes non aliena dog- mata ab haereticis pullulantia, sed patrem in filio, filium in patre, deitatis et in- divisae substantiae trina manente persona; neque duas hominis naturas conditas, bonam scilicet et malam, sed unum naturam bonam a deo bono conditam, quac dolo serpentis est vitiata per culpam, et Christi est reparata per gratiam.*

Quibus praemissis caput II. incipit: *Igitur cum dominus*

<sup>1</sup> *dominus: MB dom. noster | matrem: MB add suam | ex eis virgo esset: MB*

igitur ei curam sanctae Mariae, dicens ad eum: Ecce mater tua, et ad ipsam inquiens: Ecce filius tuus. <sup>2</sup>Ex illa hora sancta dei genitrix in Iohannis cura specialius permansit, quamdiu vitae istius incolatum transegit. Et dum apostoli mundum suis sortibus in praedicatione sumpsissent, ipsa in domo parentum illius iuxta montem oliveti consedit.

## II. (III.)

<sup>1</sup> Secundo itaque anno postquam Christus devicta morte caelum concenderat, die quadam desiderio Christi Maria aestuans lacrimari sola intra hospitii sui receptaculum coepit. Et ecce angelus magni luminis habitu resplendens ante eum adstitit et in salutationis verba prosiluit dicens: Ave benedicta a domino, suscipe illius salutem qui mandavit salutem Iacob per prophetas suos. Ecce, inquit, ramum palmae; de paradiso domini tibi attuli; quem portare facies ante feretrum tuum, cum in die tertia assumpta fueris de corpore. Ecce enim expectat te filius tuus cum thronis et angelis et universis caeli virtutibus. <sup>2</sup>Tunc Maria dixit ad angelum: Peto ut congregentur ad me omnes apostoli domini Iesu Christi. Cui angelus: Ecce, inquit, hodie per virtutem domini mei Iesu Christi omnes apostoli ad te venient. Et ait illi Maria: Rogo ut mittas super me benedictionem tuam, ut nulla potestas inferni occurrat mihi in illa hora qua anima mea fuerit egressa de corpore, et ne videam principem tenebrarum. Et ait angelus: Potestas quidem inferni non

*ex ipsa virgo degeneret | sanctae Mariae: MB sanct. virginis matris Mar. | ad ipsam inquiens: MB ad illam inquit | <sup>2</sup>Ex illa: MB Et ex illa | in praedicatione: cod. Ven. de praed. | in domo: MB (?) domo*

II. <sup>1</sup> Secundo itaque: MB Sec. it. et ricesimo | die quadam: MB cum d. qu. | Christi: cod. Ven. omittit | Maria aestuans etc.: MB succensa Maria sola intra domum intus recepta lacrymaretur, ecce | in sal. verb. prosiluit: MB salutationis verba persolvit | bened. a dom.: MB bened. domino | suscip. illius salutem: cod. Ven. suscipiens salutem | de parad. domini: MB de par. dei | expectat te: cod. Ven. te om | <sup>2</sup>peto ut: MB peto abs te ergo ut | apost. domini: MB add. mei | Cui angelus: MB add. dixit | apostoli ad te: MB apost. assumpti huc ad te | Et ait.

nocebit tibi; benedictionem autem aeternam dedit tibi dominus deus tuus, cuius ego servus sum et nuntius: non videndi autem principem tenebrarum effectum non a me tibi dandum existimes, sed ab illo quem in tuo utero baulasti: ipsius enim est potestas omnium in secula seculorum. Haec dicens angelus cum magno splendore recessit. <sup>3</sup>Palma autem illa fulgebat nimia luce. Tunc Maria exuens se induit melioribus vestimentis. Et accipiens palmam, quam suscepserat de manu angeli, egressa in montem oliveti coepit orare et dicere: Non ego fueram digna, domine, suscipere te, nisi tu misertus fuisses mei; sed tamen ego custodivi thesaurum quem commendasti mihi. Ideo peto a te, rex gloriae, ut non noceat mihi potestas gehennae. Si enim caeli et angeli ante te tremunt quotidie, quanto magis homo de terra conditus, cui nihil erit boni nisi quantum acceperit a tua pia largitate. Tu es, domine, deus semper benedictus in secula. Et haec dicens reversa est in hospitium suum.

### III. (IV.)

<sup>1</sup>Et ecce subito, dum praedicaret sanctus Iohannes in Epheso, die dominica, hora diei tertia, terrae motus factus est magnus, et nubes elevavit eum et suscepit eum ab oculis omnium, et adduxit eum ante ostium domus ubi erat Maria. Et pulsans ostium, statim ingressus est. Cum autem videret eum Maria, exultavit in gaudio et dixit: Rogo te, fili Iohannes, memor esto verborum domini mei

---

ang.: MB *aut autem ang. ad eam | a me tibi dandum: cod. Ven. a me datum | in tuo utero: MB tu in sancto tuo utero | Haec dicens: MB Et h. dic. | <sup>3</sup>Palma autem illa fulgebat nimia luce: haec cod. Ven. *nimia luce* omissionis post *vestimentis* habet. | *exuens se ind. mel. vest.*: MB *exuens se prioribus indumentis induit meliora | egressa etc.*: MB *egressa est in m. ol. et coepit | thesaurum: MB add tuum | ideo: MB ideoque | nihil erit: MB *nihil residet | pia largitate: MB bonitate | domine deus: MB enim dominus deus | Et haec dicens: MB Et cum haec dixisset***

III. <sup>1</sup>sanctus: MB *beatus | erat Maria: MB erat virgo deipara Maria | Cum videret etc.: MB cum autem videret cum sanctissima virgo Maria | verborum -- quibus: ead. Ven. verbo (correctum est verbi) -- qui | dom. mei I. Chr.: MB do-*

Iesu Christi, quibus commendavit me tibi. Ecce enim in die tertio, cum recessura de corpore sum, audivi consilia Iudeorum dicentium: Expectemus diem quando morietur illa quae portavit illum seductorem, et corpus eius igni comburamus. <sup>2</sup> Vocavit ergo sanctum Iohannem et introduxit eum in secretarium domus, et ostendit ei vestimentum sepulturac suae et palmam illam luminis, quam acceperat ab angelo, monens eum ut illam ficeret ferri ante lectum suum cum iret ad monumentum.

## IV. (V.)

Cui sanctus Iohannes ait: Quomodo ego solus tibi parabo exequias, nisi venerint fratres et coapostoli domini mei Iesu Christi ad reddendum honorem corpusculo tuo? Et ecce subito per imperium dei omnes apostoli de locis in quibus praedicabant verbum dei elevati in nube rapti sunt, et depositi sunt ante ostium domus in qua habitabat Maria. Et salutantes se invicem mirabantur dicentes: Quae causa est ob quam dominus nos hic congregavit?

## V. (VI.)

Tunc omnes apostoli gaudentes unanimiter consum-

---

mini Ies. Chr. magistri tui | comm. me: MB me comm. | Ecce enim etc.: MB Ecce enim die tertio discessura sum de corpore; audivo autem consilium | Expectemus -- comburamus: cod. Ven. Expectamus -- comburatur | morietur illa: MB morietur <sup>2</sup> sanct. Iohannem: MB sanct. apostolum Io. | monens: MB praemonens | ferri: cod. Ven. ferre | cum iret ad: MB cum duceretur ad sepulturam et iret ad

IV. sanctus Iohannes: MB beatus et dilectus apostolus Iohannes | tibi parabo: MB par. tibi domina | fratres etc.: MB fratr. mei, discipuli et coapost. dom. nostri Ie. Chr. | corpusculo tuo: cod. Ven. corpusculi tui | Et ecce: MB Et factum est, et ecce | dep. sunt ante: MB om. sunt | Maria: MB add domini mater | dominus: cod. Ven. om | congregari: MB in unum congr. | congregat: MB addita habet haec: Advenit autem cum eis Paulus, ex circumcisione conversus, qui assumptus fuerat cum Barnaba in ministerium gentium. Cumque inter eos esset pia contentio quis ex eis prior oraret ad dominum ut ostenderet illis causam ipsorum, et Petrus Paulum hortaretur ut prior oraret, Paulus respondit dicens: Tuum est istud officium, primum inchoare, maxime cum sis electus a deo columna ecclesiae, et tu praecedis omnes in apostolatu: meum autem minime; nam ego minimus sum omnium vestrum, et tanquam abortivo visus est mihi Christus; nec me vobis aequare praecumo, tamen gratia dei sum id quod sum.

V. gaudentes: MB add super humilitate Pauli

maverunt orationem suam. Et cum dixissent Amen, ecce subito venit beatus Iohannes et indicavit eis omnia haec. Ingressi vero apostoli domum invenerunt Mariam et salutaverunt eam dicentes: Benedicta tu a domino, qui fecit caelum et terram. Quibus illa ait: Pax vobiscum sit, fratres dilectissimi. Quomodo huc venistis? Qui narraverunt ei quomodo unusquisque ab spiritu dei elevati in nube et depositi ibidem advenissent. Quibus illa dixit: Non me fraudavit deus conspectu vestro. Ecce ingrediar viam universae terrae, nec dubito quod nunc dominus vos huc adduxerit in solatium ferendo angustiis quae venturae sunt mihi. Nunc ergo deprecor vos ut sine intermissione omnes unanimiter vigilemus, usque in illam horam qua dominus veniet et ego sum recessura de corpore.

## VI. (VII.)

Cumque circuitu consedissent consolantes eam, ubi triduo in dei laudibus vacarent, ecce die tercia circa horam tertiam diei super omnes qui erant in domo illa sopor irruit, et nullus omnino vigilare potuit nisi soli apostoli et tres tantummodo virgines quae ibidem erant. Et ecce subito advenit dominus Iesus Christus cum magna multitudine angelorum, et splendor magnus in locum illum descendit, et erant angeli hymnum dicentes et collaudantes dominum. Tunc salvator locutus est dicens: Veni preciosissima margarita, intra receptaculum vitae aeternae.

*Et cum dixissent: MB Et cum finem orationis fecissent et dix. | venit beat. Ioh. | MB venit ad eos deo dignus apostolus Iohannes | vero: MB ergo | Mariam: MB matrem domini nostri Mariam | dilectissimi. Quomodo: MB electi a domino. Et interrogavit eos dicens: Quomodo | Qui: MB add illico | unusquisque: MB add ex ipsis, tum pergit: a spir. dei elevatus i. n. et depositus | Quibus illa etc.: MB Quibus ipsa dixit: Dominus vos huc adduxit in solatium ferendum ang. | veniet: MB venturus est | sum recessura etc.: MB de corp. hoc sum recessura*

*VI. Cumque consedissent et consol. eam triduo in dei laud. persistissent | sopor: MB repente sopor | quae ibidem erant: MB quae sacrae virgini comites erant | Christus: MB om | Veni: MB add electa mea | intra: MB add in*

## VII. (VIII.)

